prout de facto hypothecant & obligant, ad habendum, tenendum, possidendum, & utifruendum libere, quemadmodum dicta Sac. Cæs. Regiaque Majestas uti particularis Princeps horum Ducatuum habet, tenet possidet, & uti fruitur, Supradicto Serenissimo & Potentissimo Domino *Vladislao Quarto*, Poloniæ & Sueciæ Regi ac Serenissimo Domino *Sigismundo Casimiro filio*, suisque legitimis Successoribus in Sanguine proximioribus, licet absentibus, me tamen Notario publico infra scripto una cum suprascriptis Plenipotentibus vice & nomine dictorum Sac. Reg. Majestatis Poloniæ & ejus Successorum stipulantibus & acceptantibus. Quam hypothecariam obligationem supradictorum Ducatuum *Oppoliensis* & *Ratiboriensis* supradicti Generosi dictæ Sac: Cæs: Regiæque Majestatis Plenipotentes fecerunt & faciunt, seque fecisse & facere declararunt & declarant. Inprimis pro Summa *Quingentorum millium florenorum Rhenensium*, quemlibet florenum per sexaginta cruciferos computando, per dictam Sac: Cæs: Regiamque Majestatem ratione dotium Serenissimarum olim Poloniæ & Sueciæ Reginarum *Annæ* & *Constantiæ Amitarum*, tum quoque *Cæciliæ Renatæ Sorori Germanæ* dictæ Sac: Cæs: Regiæque Majestatis, nec non certarum Summarum pecuniariarum per Serenissimum Potentissimum & Invictissimum divæ memoriæ *Parentem* dictæ Sac. Cæs: Regiæque Maj. mutuo acceptarum super Civitatem ac totum Dominium *Wittingaw* alias *Trebonium* in Regno Bohemiæ situm, legitime assignata, inscripta & assecurata, ita ut simul ac realis & actualis possessio dictorum *Ducatuum Oppoliensis* & *Ratiboriensis* dictæ Sac: Regiæ Majestati Poloniæ data & tradita fuerit ex tunc prout ex nunc dicta Civitas ac totum Dominium *Wittingaw* seu *Trebonium* ab onere & Hypotheca d*. Summæ quingentorum millium florenorum Rhenensium, tanquam super dictos Ducatus *Oppoliensem* & *Ratiboriensem* transportatæ, & in eisdem Ducatibus hypothecatæ & assecuratæ, aliisque omnibus obligationibus ex nexu quorumvis Contractuum, perpetuo libera & immunia esse debeant, nullumque Jus super eisdem Bonis *Wittingaw* ad dictam Sacram Regiam Majestatem Poloniæ, ejusque successores pertineat, aut prætendi possit, quod circa actum intromissionis dicta Sacra Regia Majestas Poloniæ Reversalibus suis cavebit, ac omnia Instrumenta, dictam Hypothecam *Trebonensem* concernentia restitui demandabit. Tum etiam pro alia Summa scilicet *ducentorum millium Ducatorum* *) seu Aureorum Hungaricalium, cujus summæ unam medietatem ad finem Mensis Maji currentis, alteram vero medietatem per totum mensem Junium proxime venturum Anni præsentis 1645, in loco commodo utrique parti bene viso dictæ Sac: Cæs: Regiæque Majestati sive ejus Mandatariis salvis quietationibus legitimis solvere & numerare tenebitur, dicta Sac: Regia Majestas Poloniæ, prout promiserunt & promittunt suprascripti Ejus Plenipotentes, Convenerunt & caverunt specialiter & expresse suprascripti Plenipotentes dictarum sacrarum Cæs: Regiarumque Majestatum, quod hæc obligatio & Hypotheca fit, & facta censeri debet, cum omnibus oneribus realibus & personalibus, tam ipsis Principatibus quam bonis Cameralibus adhærentibus, & quod supradicti Ducatus *Oppoliensis* & *Ratiboriensis*, ut supra hypothecati, ab onere

*) Der Dukaten ist zu 6. Rhein. Gulden gerechnet worden, wie aus der dem König Johann Casimir zu Breslau den 15 Januar. 1652. über die geschehene Auszahlung ertheilten Quittung erhellet. Vid. Codex Poloniæ Dipl. T. I. p. 567.

& hypotheca supradicta nullo modo eximi poterunt *ante spatium quinquaginta annorum*, a die habitæ realis & actualis possessionis proximorum. Quod si Sacra Regia Majestas Poloniæ & Sueciæ vel Serenissimus Princeps Filius aut Successores *Dominium Camerale Ratiboriense ab Illust. Domino Georgio* Sacri Rom. Imperii *Comite ab Oppersdorff* cum transfusione Jurium, absque tamen Sac: Cæs: Regiæque Majestatis, horumque Principatuum præjudicio exemerint (quod dicta Sac: Cæs. Regiaque Majestas non præpedit) pro Summa, vigore hujusmodi Juris cessi persoluta, præter alias Summas supra specificatas, dicti Ducatus, salvis omnibus pactis & conditionibus in præsenti contractu expressis hypothecati & obligati erunt. Tum quoque liberum erit Sac: Regiæ Majestati Poloniæ, ejusque Sucessoribus, si necessitatem Summarum super dictis Ducatibus, ut supra hypothecatarum & obligatarum habuerint, supradictos Ducatus vel in toto vel in parte oppignorare, & juribus suis cedere, cum consensu tamen & ratihabitione d[æ]. Sac: Cæs: Regiæque Majestatis ejusque Successorum, nec non salvis statutis & Juribus Provincialibus, & hac simul insuper expressa cautione, ut tali casu Sac: Cæs: Regiæque Majestati, ejusve Successoribus modo dicta oppigneratio vel Juris Cessio, si in Extraneum transferretur, & in totum intenderetur, ante annum & diem, si vero ex parte tantum fieri luberet, ante dimidium anni denuncietur, eisdemque præ omnibus Extraneis, cujuscunque dignitatis, status vel conditionis illi extiterint, Jus reluendi pateat qnam liberrime. Quod si vero Sac. Cæs. Regiaque Majestas, ejusve Successores Reges Bohemiæ, & supremi Duces Silesiæ denunciatione illa legitime præmissa hoc Jus reluendi & Prothimiseos pro una vel altera vice remitterent, & præfatæ oppignorationi, vel Juris cessioni consentirent, tali Creditori delegato vel Cessionario omnino incumbere debeat ea omnia præstare, ad quæ Sac: Regia Majestas Poloniæ & Sueciæ pro se suisque Successoribus hacce præsenti conventione adstricta est. Post decursum vero dictorum quinquaginta annorum, quandocunque Sac: Cæs: Regiæque Majestati & ejus Successoribus placuerit prævia avisatione per annum & diem, more solito facienda, liberum erit dictos Ducatus *Oppoliensem* & *Ratiboriensem* eximere, dummodo Sac: Cæs: Regiaque Majestas ejusve Successores supradicta quingenta millia florenorum Rhenensium, quemlibet per sexaginta cruciferos computando, reliquas vero summas supra specificatas ducentorum millium aureorum Hungaricalium seu Ducatorum in tot Hungaricalibus vel Taleris Imperialibus, prout in quietationibus eo nomine faciendis expressum & specificatum fuerit, realiter & integre persolvant. Insuper iidem Plenipotentes caverunt, quod donec Serenissimus *Sigismundus Casimirus* ad annos majorennitatis pervenerit, Sac: Regia Majestas Poloniæ & Sueciæ ejus nomine dictos Ducatus *Oppoliensem & Ratiboriensem* tenebit & administrabit. Ubi vero ætatem majorennitatis attigerit, proprio nomine administrationem suscipiet. Quod si, quod Deus avertat, idem Serenissimus Princeps fatum adierit, legitimus illi ex sanguine Regio & Linea quidem suæ Regiæ Majestatis Parentis ejusve Serenissimi Filii Avi, Domini Domini *Sigismundi Tertii* Poloniæ ac Sueciæ Regis divæ memoriæ descendens proximus hæres succedet. Si vero in Regem Poloniæ electus fuerit, & quotiescunque similis casus advenerit, eodem modo, quo supra scriptorum Ducatuum possessio & administratio

tio in proximiorem in sanguine regio, & ex præfata *Sigismuudiana* Linea descendentem Legitimum successorem devolvetur. Si & in quantum Hypotheca eorundem Ducatuum in aliquam aliam personam sub consensu Sac. Cæs. Regiæque Majestatis & ejus Successorum, prout supra cautum est, legitime translata non fuerit, Tum quoque Sac. Regia Majestas Poloniæ & Sueciæ suis Reversalibus omni meliori modo & forma cavebit, tam suo quam dicti Serenissimi Filii, & Successorum suorum nomine, ne haec Hypothecatio Regno Bohemiæ, eique incorporatis Provinciis præjudicet, neque hoc respectu jus ullum Reipublicæ Polonæ fundetur, aut quovis modo prætendi possit super dictis Ducatibus. Quod etiam idem Serenissimus Princeps Filius, postquam ad annos majorennitatis pervenerit, Successoresque similibus Reversalibus cavere debebunt. Pacto expresse convento, reservantur Sac. Cæs. Regiæque Majestati Ejusque Successoribus jura & regalia, quæ tanquam Regi Bohemiæ, & Supremo Duci Silesiæ eidem competunt, inprimis Jus Superioritatis, Contributionis, Pacis & Belli tempore generalis & particularis, vectigalia, impositiones Cerevisiariæ, Regale Salis, vectigalia & Telonia vetera augendi, novaque constituendi & similia, aliaque regalia Superioritatis Juribus cohærentia. Conventum cautumque ab utrinque, quod Sac: Regia Majestas Poloniæ pro nunc tam suo quam Serenissimi Principis Filii & Successorum nomine Reversalibus cavebit, quod tam generales & speciales contributiones, quam quartiria Transitus aliaque omnia onera militaria ad instar aliorum Ducum, Principum ac Statuum Ducatus Silesiæ sustinebunt & præstabunt sine contradictione. Tum quoque quod Sac: Regia Majestas Poloniæ, Serenissimus Princeps Filius & Successores non præpedient, quo minus unus quisque cujusvis status, dignitatis & conditionis fuerit, tam in tota Provincia Silesiæ, quam in his Ducatibus Oppoliensi & Ratiboriensi in suis gravaminibus ad Sac: Cæs: Regiamque Majestatem, vel supremum Capitaneatum Silesiæ, tum etiam pro conditione causarum, & qualitate Personarum ad ordinarias suas Instantias remittatur. Fortificationes seu munimenta nova nulla extruent, neque vetera in novam seu aliam formam reducent, sine consensu Sac: Cæs: Regiæque Majestatis tanquam Regis Bohemiæ atque Supremi Ducis Silesiæ, minus vero sine eodem consensu militem in dictos Ducatus (excepto Comitatu, & corporis custodia ordinaria & competente) introducent, neque in eisdem militem conscribent. Provinciæ Silesiæ horumque Principatuum *Oppoliensis* & *Ratiboriensis* statuta, ordinationes, & consuetudines jam receptæ, vel in futurum constituenda in omnibus & singulis servabunt. Religionem Romano Catholicam manutenebunt & pro posse propagabunt, idque suis Officialibus serio demandabunt. In Principatibus prædictis semper esse debebit Capitaneus Romano Catholicus Indigena, possessionatus Illustris vel Equestris Ordinis, & tam Sac: Cæs: Regiæque Majestati Bohemiæ, quam Sac: Regiæ Majestati Poloniæ & Successoribus gratus & acceptus. Horum Principatuum statuta Provincialia, jura, ordinationes & Privilegia, atque universis & singulis, suas immunitates exemptiones, aliasque concessiones conservabunt, atque si vel pro ut fuerit opus confirmabunt, subditosque tum Camerales, tum aliorum statuum & Incolarum ipsosque status, incolas & Civitates præsertim etiam Ecclesiasticos nullis novitatibus neque oneribus, quæ hactenus Ducibus Oppoliensibus & Ratiboriensibus non compe-

tierint, aut ex usu & consuetudine Patriæ non sint, gravabunt, aut gravari permittent. Prout etiam Sac. Cæs. Regiaque Majestas ejusque Successores, post exemptionem dictorum Ducatuum, & liberationem eorundem ab hac hypotheca omnes Incolas noviter & tempore Possessionis dictæ Sac. Regiæ Majestatis Poloniæ & successorum ejus, in dictis Ducatibus rite & legitime susceptos circa sua jura, prærogativas, Libertates & possessionem bonorum suorum, ad instar aliorum indigenarum conservabunt. Mandata, decreta, aliæque ordinationes Sac. Cæs. Regiæque Majestatis, nec non supremi Silesiæ Capitaneatus per Capitaneum horum Ducatuum sive ejus vices gerentes absque remissione extra Provinciam executioni sine mora & immediate demandabantur, idque præcise dicto Capitaneo ejusque vices gerentibus injungetur. Justitialia item extra Provinciam & hos Principatus quovis etiam sub prætextu non avocabuntur, neque cursus Justitiæ ordinarius interturbabitur, sed omnibus Justitia indilata administrabitur, etiam iis, quibus in iisdem Principatibus super antiquis, & ad diem traditæ dictorum Ducatuum Possessionis suæ Sac. Cæs. Regiæque Majestati competentibus, & hac conventione reservatis juribus & residuis cujuscunque naturæ, speciei, qualitatis & quantitatis fuerint, facta sunt vel fient consignationes. Appellationes quæ a Principum in Silesia & Provincialium Judiciorum sententiis ad Sacram Cæsaream Regiamque Majestatem tanquam Regem Bohemiæ & Supremum Ducem Silesiæ, vel ad ordinarium Pragense Appellationum Judicium fieri solent, Possessores dictorum Ducatuum hypothecarii sæpe dicti, Sacra Regia Majestas Poloniæ, Serenissimus Princeps Filius, Successoresque non impedient, neque impediri permittent. In defluitatione lignorum per Oderam nihil innovabitur, neque ea in re Incolis Silesiæ vel subditis in his Principatibus, bonisque Cameralibus gravamen fiet aut fieri permittetur. Viarum & pontium seu minora Thelonia, quæ tum Principi horum Ducatuum *Oppoliensis* & *Ratiboriensis* Jure privato, tum in privatorum bonis ipsis privatis Dominis ac etiam in Civitatibus competunt, non augebuntur, neque nova constituentur, absque consensu Sac. Cæs. Regiæque Majestatis & ejus Successorum. Circa controversias finium & limitum, tam cum regno Poloniæ, quam cum aliis vicinis Principatibus, Dominiis & Bonis nihil in alterutrius partis præjudicium fiet, sed omnia in statu suo relinquentur, salva Juris vel amicabilis compositionis via. Denique dicta Sac. Regia Majestas Poloniæ suoque tempore Serenissimus Princeps *Sigismundus Casimirus*, & Successores in omnibus, ratione horum Ducatuum erga Sacram Cæs. Regiamque Majestatem tanquam Regem Bohemiæ & Supremum Ducem Silesiæ, prout fideles Principes hypothecarios decet, & alii Duces ac Principes Silesiæ juramento fidelitatis, quod & a Sac. Regia Majestate, ejusque legitimis Successoribus horum Principatuum possessionem juste intrantibus, pro more illius Patriæ præstandum erit, obstricti sunt, sese exhibebunt.

Postremo ab utrinque expresse cautum est, quod simul ac ultimaria summa centum millium aureorum Hungaricalium, vel Ducatorum, ut supra conventum est, levabitur & recipietur, sufficiensque & legitima a Sacra Cæs. Regiaque Majestate, de summis in specie perceptis quietatio, atque ex parte Sac. Regiæ Majestatis Poloniæ, tam ratione translatæ Hypothecæ Trebonensis quam aliæ ex vi

præsentis Contractus requisitæ Reversales in solemni forma dictæ Sac. Cæs. Regiæque Majestati sive ejus mandatariis datæ, & munimenta hypothecam prædictam Trebonensem concernentia consignata fuerint, dicta Sac. Regia Majestas Poloniæ & Sueciæ, in realem & actualem dictorum *Ducatuum Oppoliensis & Ratiboriensis* simul cum Cameralibus Dominiis *Oppoliensi & Coslensi* suisque attinentiis universis possessionem, adhibitis solennitatibus de jure & more Patriæ solitis & necessariis, in præsentia Commissariorum, ab utraque parte deputandorum sine ulla difficultate, mora & impedimento, intromitti, & præsens Contractus pro majore illius robore in Tabulas sive Archivum Regni Bohemiæ, seu supremi Ducatus Silesiæ, aut ut moris est, inseri & inscribi debebit. Quæ omnia & singula in præsenti Contractu expressa supradicti Domini Plenipotentes ad invicem nomine supradictarum Sacrarum Cæsareæ, Regiarumque Majestatum Principalium suorum sub ratihabitione & ratificatione earundem Sacrarum Cæs. Regiarumque Majestatum sacrosancte & inviolabiliter promiserunt & promittunt. Super quibus omnibus & singulis præmissis petitum fuit a me Notario publico infra scripto, ut unum vel plura publicum seu publica exinde conficerem atque extraderem Instrumentum & Instrumenta.

Acta fuerunt hæc in Villa *Mlotzko* vulgo dicta in Ducatu Masoviæ Diœcesis Plocensis, præsentibus ibidem Illustrissimo Domino *Samuele* de magna Pylsko *Pylski* Archicamerario Regni Poloniæ, Rabstinensi, Prasmicensi, & Capinoscensi Capitaneo, & Generoso Domino *Nicolao Philippo a Rauten* Principis Domini *Sigismundi Casimiri* Poloniæ & Sueciæ Principis Thesaurario Testibus ad Præmissa omnia & singula habitis, vocatis, & requisitis.

Ego *Philippus Huttinus* g. D. Claudii Clericus Conjugatus Civitatis Metensis I. V. D. Sac. Regiæ Majestatis Poloniæ & Sueciæ Secretarius, ac Curiæ ejusdem Decretorum Notarius, Eques militiæ calcaris aurei, publicus Apostolica Authoritate Notarius Judexque ordinarius in Archivo Romanæ Curiæ descriptus, de præmissis rogatus, hoc præsens publicum Instrumentum confeci, subscripsi, publicavi; signoque meo munivi consueto rogatus & requisitus in fidem.

Vladislaus Quartus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolensciæ Czernichoviæque, nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumque Hæreditarius Rex significamus præsentibus literis nostris universis & singulis, suprascriptum Nobilem *Philippum Huttinum* J. U. Doctorem, nostrum Secretarium, & Curiæ nostræ Decretorum Notarium fuisse, & esse talem, qualem supra se fecit, ejusque scripturis tam publicis quam privatis per eum, ut supra subscriptis & publicatis plenam & indubiam fidem, semper ab omnibus in Judicio & extra adhibitam fuisse & adhiberi. In cujus rei fidem has Præsentes Sigillo nostro muniri mandavimus. Datum in *Mlotzko die decima mensis May*, Anno Domini *Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto*, Regnorum nostrorum Poloniæ & Sueciæ XIII. anno.

Hæc ipsa autem Conventio inter prædictos nostros Deputatos Mandatarios ac Plenipotentiarios de nostra utriusque partis benigna voluntate, certa Scientia, deliberato consensu ac mandato speciali, inita & confecta sit, nunc & imposterum con-

ſtanter & irretractabiliter valitura. Quapropter Nos *Ferdinandus tertius* Romanorum Imperator, & Hungariæ ac Bohemiæ Rex, & Nos *Vladislaus Quartus* Poloniæ & Sueciæ Rex ſæpe factam Conventionem, & omnes ejusdem articulos, conditiones, acta & pacta, pro ut illa ſupra uberius deſcripta ac conventa ſunt, omni quo poteſt fieri meliori modo, forma & ratione præſenti hoc Diplomate noſtro Cæſareo, Regioque duplici ejusdem plane Tenoris exemplari deſuper confecto, ratificamus, approbamus, confirmamus & corroboramus, illaque omnia & ſingula, quemadmodum in ſupra memoratis noſtris Cæſareis Regiisque Mandatis ac Plenipotentiis ſpoponderamus rata ac grata habere invicem conteſtantes, volumus, promittimus, ac ſub reciproca fide Cæſarea Regiaque ſpondemus. Nos eadem ſancte & inviolabiliter ſervaturos, neque ulla ex parte a quopiam infringi, labefactarive paſſuros eſſe. In quorum omnium fidem hæcce bina Diplomata ſub manuum noſtrarum ſubſcriptione, ac Sigillorum noſtrorum Cæſarei, Regiique appenſione munita expediri & cuilibet Noſtrum unum Exemplar hinc inde reciproce conſignari mandavimus. Data in *Civitate noſtra Vienenſi*, & *Arce Regia Warſovienſi*, *trigeſima menſis May*, Anno *Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quinto*, Regnorum noſtrorum *Ferdinandi* Imperatoris Romani, ac Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis, Romani nono, Hungarici vigeſimo, & Bohemici decimo octavo, noſtrorum vero *Vladislai IV*, Poloniæ ac Sueciæ decimo tertio.

Es erfolgte auch noch gegen das Ende deſſelben Jahres zu Oppeln die würkliche Uebergabe. Die hierzu ernannten Befehlshaber waren von Kayſerl. Seiten der Burggraf zu Dohna, Kayſerl. Königl. Böhmiſcher und Schleſiſcher Cammerrath, Johann Pucze von Adlersthurn, und Michael Welli von Saalhauſen auf Suppa: von Pohlniſcher Seite aber der Graf Leszinsky, der Weyhebiſchof zu Breslau, und der Königl. Schatzmeiſter von Rauthen, wie das von der Schleſiſchen Cammer zu Breslau an die Stadt Oppeln am 19. Octobr. 1645. wegen Einräumung bequemer Quartiere ergangene Schreiben ausweiſet.

Allein der unmündige Pfandes-Innhaber Sigismundus Caſimirus ſtarb noch bey Lebzeiten ſeines Herrn Vaters des Königes im Jahr 1648, und er ſelbſt folgte ihm am 20. May eben dieſes Jahres im Tode nach.

Sein Bruder Johann Caſimir erbte darauf dieſes Pfandrecht, und um eine zwieſpaltige neue Pohlniſche Königswahl zu verhindern, überließ er dieſe Fürſtenthümer ſeinem jüngern Bruder Carl Ferdinanden, Biſchoffen in Breslau und Plozko, welcher ſie bis auf ſein am 9. May 1655. erfolgtes unvermuthetes Abſterben beſeſſen und genutzet hat.

Vid. Rudawski Annales Pol. regnante Ioh. Caſimiro p. 25. 44. 156.
Abregé Chronologique de l'hiſtoire de Pologne. p. 212.

Nun fielen ſie an den nunmehrigen König Johann Caſimir wieder zurück. Allein nach Innhalt des Pfandbriefes konnte kein Jagelloniſcher Prinz, wenn er auf dem Pohlniſchen Thron erhoben worden, zugleich Beſitzer dieſer Fürſtenthümer ſeyn. Kein männlicher Zweig aus dieſem Hauſe war damals mehr übrig.

König Caſimir übertrug alſo mit Ober-Lehnsherrlicher Genehmigung ſeine Rechte im Jahr 1657. an ſeine Gemahlin, die in der Pohlniſchen Geſchichte ſo be-

rüchtigte Ludovicam Mariam mit völliger Befugnis, obgleich Rudawski l. c. p. 403. den klaren Worten des Pfandbriefes zuwieder behaupten will, daß es contra conclusum cum Vladislao IV, Poloniæ Rege contractum, da die Königin als eine alienigena anzusehen, geschehen sey.

Heinrich Julius Hertzog von Enguien, ein Sohn des grossen Conde, vermählte sich im Jahr 1663, mit der Bayerschen Prinzeßin Anna, einer Niece der Königin. Sie, diese weiblich mächtige Königin, welche des Kochowsky majestätischer Pinsel in Annalium Pol. Climact. III. libr. VI. p. 272. mit unpartheyischen Farben geschildert hat, suchte darauf so wie die Pohlnische Thronfolge als auch den Besitz der beyden Fürstenthümer Oppeln und Ratibor an erwehnten Hertzog oder vielmehr an das Condesche Haus zu bringen. Selbst der König in Frankreich Ludewig der *XIV.* nahm sich der Sache an. Er schrieb untern 14. Febr. 1674. an den Kayser Leopold:

> La Reine de Pologne ayant disposé de ses *Duchés d'Opelen & de Ratibor* en Silesie par le contract de mariage de mon Cousin le Duc d'Enguien avec la Princesse *Anne de Baviere*. je m'interesse volontiers aupres de Votre Majesté afin qu'elle ait agreable cette disposition, & qu'ensuite mon dit Cousin lui en rende ses foi & hommage pour raison de ces deux Duchés, comme fit la meme Reine &c.

Vid. Lettres de Louis XIV. recueillies par Mr. Rose. T. II. p. 6. & Tom. I. p. 181.

Allein das Oesterreichische Haus wolte diesen gefährlichen frantzösischen Aussichten nicht Gehör geben. Vielmehr machte sich der Kayser diese Gelegenheit zu nutze, das den Königen von Böhmen vorbehaltene Wiedereinlösungsrecht nunmehro auszuüben. Es wurden mit der Königin abgesandten Bevollmächtigten, dem Chevalier Gramaville zu Luxenburg dieserhalb Unterhandlungen gepflogen, und der Ausgang davon war, daß gegen Wiedererstattung einer gewissen noch unbekannten Summe Geldes, womit, wie der Ermeländische Bischof Zaluski sagt, ein Theil der ihrer Niece bestimmten Aussteuer berichtiget wurde, beyde Fürstenthümer wieder an das Oesterreichische Haus am 31. May 1566. zurückgegeben wurden.*) Das an die Ober-Schlesische Landstände darauf ergangene Ausschreiben lautet in der Urschrifft also:

Der Römischen Kayserl. auch zu Hungarn vnd Böhaimb Königl. May. Rath vnd Oberhaubtmannschaffts-Verwalter,

Wir Sebastian, von Gottesgnaden Bischoff zue Breßlaw, wie auch Canczler, vnd Räthe bey Dero Königl. Ober-Amt, im Herczogthumb Ober- vnd Nieder-Schlesien ꝛc.

Entbietten denen Hoch- vnd Wohlgebohrnen Grafen, Wohlgebornen Herren; Wohl-Ehrwürdigen, Wohl-Edlen vnd Gestrengen Edlen Ehrenvesten, Ehrsamen vnd Weisen N. Herren Prälaten, Ritterschafften, Mannschafften, vnd denen von Stätten der Fürstenthümber Oppeln vnd Rattibor Vnsere Freundschafft, auch Freund- vnd willige Dienste, gunst, gnade vnd alles guttes; vnd geben denenselben hiermit zu vernehmen,

*) Alle diese angezeigten Regenten-Veränderungen währender Pfandschafft stimmen mit dem bey der Ober-Schlesischen Ober-Amtsregierung noch verwahrlich aufbehaltenen Vol. IX. der confirmirten Urkunden und Contracten-Bücher völlig überein.

welchergestalt die Römische Kayserl. auch zue Hungarn vnd Böhaimb Königl. Majest. Vnser allergnädigster Herr, Vnß de dato Laxenburg den 8ten lauffenden Monats May, wie die Sach nunmehr so weit gebracht worden, daß Ihro, nach beschehener gewisser abhandlung, mit dem Chevalier Gramaville, alß Ihrer Majestät der Königin in Pohlen Gevollmächtigten, Vermöge deß dem 5ten May 1645. in denen mit weylandt Vladislauo dem Vierten, Könige in Pohlen vnd dessen Successoribus aufgerichten Pfandt-Contracten vorbehaltenen Reluitions-Rechts, gegen Empfang gänzlicher Begnügung des Pfandgelds halber, die Fürstenthümber Oppeln vnd Rattibor, mit allen deren Appertinentien wieder herumb gelassen, vnd zwar, daß vor außgang dieses Monnaths der zu vollziehen destinirte Actus Retraditionis der Ordnung nach vorgehen solle, allergnädigst intimiret; vnd dabey nachdem Sy zu solchem Actu denen Hoch vnd Wohlgebornen, Wohlgebornen, vnd Wohl-Edlen Gestrengen Herren, Herrn **Johann Bernhardt, Grafen von Herberstein**, Freyherrn zu Neuburg vnd Guttenhag ꝛc. Herrn **Julio Ferdinanden, Freyherrn von Jaroschin** ꝛc. Herrn **Hermann Leewken von Roitken** ꝛc. Dero Röm. Kayserl. Majestät respective Rath, Cämmerern vnd des Fürstenthumbs Breßlau Landeshaubtmann; wie auch Vice-Cammer-Präsidenten; vnd Königl. Ober-Ambts-Rath in Schlesien ꝛc. Commission aufzutragen gnädigst beliebet hetten; Vnß, nebenst andern dieses auch allergnädigst anbefohlen, vor allen Dingen Sie Stände, vmb daß dieselben der bißherigen pflicht entbunden ꝛc. vnd hingegen Ihro von Newen huldigen möchten, zeitlich zu beschreiben. Wenn dann Ihrer Kaiser- vnd Königl. Maj. allergnädigsten Befelch in allen gehorsambist nachzukommen, Vnsserer allerunterthänigsten Schuldigkeit; Vnd nun der Actus Retraditionis in der Statt Oppeln vorzunehmen seyn wird; Alß thun Wir solches denen Herren, Ihnen, vnd Euch hierdurch gebührends anfügen, mit dem Ober-Amtlichen Ermahnen, Sie wollen sich Sambt vnd sonders, auf den Ein vnd dreyßigsten currentis, wird sein Montag nach Rogate (jedoch zeitlichen abendts zuuor) in besagter Statt Oppeln vnfehlbar einfinden; bey wolbesagten Kaiser- vnd Königl. Herren Commissarien sich gehörig anmelden, vnd allerhöchstgedacht Ihrer Kaiserl. vnd Königl. Majest. von Newen die allervnterthänigste Huldigungspflichten ablegen: Gestaltsamb zu diesem Ende Dero Allergnädigstes Credential, als mehrern allergnädigsten befehlch vnd willen, Sie Herren Commissarien, Ihnen sothan beybringen, vnd vortragen; auch die Herren, Sy vnd Ihr deme in allen, alß diser Vnser Kaiser- und Königl. Ober-Amts-Verordnung, gebührendts nachzukommen woll wissen werden. Zu Vrkund mit dem Königl. Ober-Amts Secret vnd gewöhnlichen vnterschrifft außgefertiget. Geben Breßlaw den 18. May Anno 1666.

Sebastian.

(L.S.)

Ex Consilio Supremæ Regiæque Curiæ
Ducatus Silesiæ.

Sam. Butschky von Rutinfeld.

Zur Oppelnschen Archivgeschichte will ich noch beyfügen, daß sowohl König Vladislaus als auch dessen Gemahlin sich auch noch in ihren Ausfertigungen der deutschen Sprache bedienet haben. Ich besitze selbst von erstern eins d. d. Warschau den 28. Febr. 1647. und von lezterer zwey d. d. Sambor den 31. Aug. 1660. und d. d. Crakau den 3. Decemb. 1660. eigenhändig unterschriebene au den Rath zu Oppeln ergangene Schreiben. Sie nennt sich darinne:

Ludovica Maria von Gottes Gnaden Königin in Pohlen vnd Schweden, Großfürstin in Littauen, Reussen, Preussen, Masau, Samoyten, Liefland, Smolensko vnd Czernichau: geborne *Princessin* zu *Mantua*, *Montferrat* vnd Niuerß, Hertzogin zu Oppeln vnd Ratibor 2c.

und sind mit dem sub No. 2. befindlichen Siegel besiegelt worden.

V.

CONTINUATIO DIPLOMATARII MISCELLI

INPRIMIS

SUPERIORIS SILESIAE.

I.

Petrus Abbas de Ruda confert Zavisio villam Dóbroslavici.

Originale extat in Archivo Monasterii Raudens. 1264.

In nomine domini Jesu Christi. Quia labente tempore labuntur & fata temporum, nisi scripto & voce testium fuerint roborata. Notum sit igitur universis tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod *Ego Petrus Abbas de Ruda* cum consensu omnium fratrum meorum, viro discreto *Zavis* contulimus villam nomine *Dobroslavici*, ut eam *Jure Teutonico* locaret, *quo utuntur incole in villis circa novum Forum.* In qua locata dictus Vir *Zavis* pro se & ejus posteris Scultetiam, duos mansos liberos a censu & decima & omni alia solucione, tabernam totam absque omni solutione tertiam partem omnium Judiciorum, & quecunque contigerint in villa jam prefata siue furta siue homicidia aut vulnera aut quecunque violencia ibidem judicabuntur. Damus autem hanc libertatem *Zavis*, ut hanc jure hereditario in perpetuum possideat, a nobis libertate ab omnibus exactionibus annis quatuor aggaudens. qua euoluta de quolibet manso possessores mansorum de *sex scotis argenti puri* racionem annis singulis sint reddituri, Decimam vero manipulatim de campo quatuor granorum, videlicet tritici, filiginis, hordei & auene. Ut autem hec nostra donatio firma & stabilis permaneat, presentem paginam sigillo nostri Capituli duximus roborandam. scientes etiam, quod de quolibet manso debent soluere parocho duas *mensuras paruas Ratbergenses*, unam filiginis & unam auene. Sunt autem hec acta presentibus his testibus. *Joanne*

Sculteto *dt Roschochowe*, *Zistrimilo*, *Zethon*, *Bogumil: Miloslas Dobrouil.* Acta sunt hec dominice Incarnationis *MCCLXIIII. in Ruda in die S. Jacobi.*

II.

Martinus Prepositus Domus Dei in Czarnowantz Villam Zelasno locat jure teutonico.

Ex Originali Archivi Monasterii Czarnowantz. 1274.

Cum sit labilis humane mentis memoria & subito pereunt que sub tempore pertractantur, necesse est ut scripturarum testimoniis posterorum noticie commendentur. Ea propter nouerint uniuersi Christi fideles presens scriptum inspecturi tam presentes quam futuri, quod nos M. diuina miseracione *Ecclesie domus Dei prepositus* una cum consensu conuentus nostri fratrum & sororum dedimus villam nostram que dicitur *Zelasno* honestis viris scultetis nostris *Herdeno* & *hermanno jure teutonico* collocandam, ita ut ipsi & posteri eorundem sextum mansum & tercium denarium libere de judicio possidebunt, tali condicione ut de singulis mansis exceptis liberis *fertonem argenti* tres mensuras duas siliginis & terciam de pulcra pisa tempore statuto nobis persoluent & adducent. de incultis vero mansis & aliis juribus damus tres annos libertatis, & concedimus eisdem supradictis scultetis *herdeno* & *hermanno* liberum molendinum super Oderam cum taberna que in villa continetur excepto quod tempore mandacionis vel alterius magne necessitatis nobis molet. Item nobis deducent de quolibet manso octo mensuras siliginis de *Wroblino* vel de *Zuzela* siue de *Zalet* & concedimus supradictis scultetis & villanis eorundem piscari cum hamis siue cum gulgustris. preterea jura omnia in judiciis quibuscunque ville nostre tali jure locate gubernantur eis per omnia concedimus. ceterum contulimus mansum liberum in villa supra notata *Ecclesie sancti Nicolai* & etiam aues ad capiendas concedimus. Acta sunt hec Anno domini *Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto infra Octauam omnium sanctorum* presentibus hys testibus fratre Priore *Venceslao Matthia* Custode *Fabiano* sacerdote, *Gerhardo* & *Rodgero* sacerdotibus, *Gunthero* ciue de Oppol, *Arnoldus* aduocatus de Oppol, *Albertus de Ruspandovier* cum fratribus, *Dicollus* de Oppol, *Ulricus* de Zachri, *Symon* de Oppol, *Hermannus Theodoricus iobpartus Johannes Michael de Zalesna.*

III.

Vladislaus Dux Oppoliensis locat villam Sirdnicza jure teutonico.

Originale in Archivo Monasterii Raudens. 1278.

In nomine domini amen. Quod nostris semper seruitoribus a quibus obsequia digna memorie dignoscimus recepisse, indefinencia rependamus premia, dignum & justum fore penitus arbitramur. Nouerint igitur presentes & noscant posteri hanc paginam inspecturi, quod Nos *Wladislaus* dei gracia *dux Oppoliensis* intuentes fidelia seruicia militis nostri *Stephani* que nobis impendisse dignoscitur ex antiquo dedimus sibi liberam opcionem villam suam que *Sirdnicza* vulgariter dicitur *jure teutonico*

tonico populandi, & omnes homines quos in prescripta villa locauerit a jurisdictione castellanorum eximimus & castrorum, & nulli *juri Polonico* subjacebunt deinceps sed *jure teutonico*, prout superius dictum est, quemadmodum alii *milites nostri jus habentes teutonicum* sine diminucione perfruantur. & ut ejusmodi nostra donacio perenniter maneat inconuulsa, presentem paginam super ipsa conscribi precepimus & nostri sigilli caractere fecimus insigniri. Datum in Curia nostra circa *Golcowitz*, per manus *Arnoldi in die diuisionis Apostolorum* Anno domini MCCLXXVIII. Testibus qui aderant infra scriptis. *Vincencio Japicz*, *Stephano de Mazurou Petro* cognominato *Jayco Wociech de Goriz*, *Boguta* militibus & *Jacobo* Capellano Curie nostre & aliis quampluribus.

IV.

Comes Stephanus vendit villam suam Ziernik Henrico Angrimanno.

Originale extat ibidem 1279.

Quia Nos *Comes Stephanus in Ziernik* viris honestis *Henrico Angrimanno* & ejus filio *Henrico* vendidimus villam nostram *jure teutonico* possidendam, quibus racione locacionum sextum mansum, tabernam liberam, macellum, pistrinum piscinas vero, quotquot construere valent pro utilitate nostra & sua scilicet piscinam medie partis & liberum molendinum, tercium Denarium villicacionis damus perpetuo possidenda. Incolis vero ville nostre syluas colentibus, damus libertatem sedecim annorum, agros vero colentibus sex annos damus. quibus transactis de manso quiuis pro decima sex mensuras nobis soluat duas scilicet tritici, siliginis duas & duas auene, pro censu autem mediam marcam argenti. damus eciam pro ecclesia mansum, pro pascuis pecorum mansum, item in expedicione exspirante libertate scultetus nobis cum vbi necesse & opportunum fuerit, cum *equo in valore quinque florenorum* comitari tenebitur. Hujus rei testes sunt *Comes Andreas*, *hermannus* scultetus de kozlow *henricus* plebanus & alii quam plures. Datum in *Gliwicz in die Martini Anno Millesimo ducentesimo septuagesimo nono.*

V.

Casimirus dux Bythomiensis confert Preposito Domus Dei omnia seruicia ducalia villæ Radunia.

Ex Copiario Archiui Monasterii Czarnow 1290.

Ne per oblivionem quæ mater est erroris contingeret aliquatenus justitiae substantiam obfuscari. Noverint igitur vniuersi tam presentes quam futuri hanc paginam inspecturi. Quod Nos *Casimirus* Dei gratia *Dux Bythomiensis* ob remissionem peccaminum contulimus & dedimus villanis in *Radunia* ab omnibus exactionibus & collectis seu castrorum structuris sive quibuscunque seruitiis quae ceteri Villani ad nostram vtilitatem facere consueuerunt, meram integram perpetuamque libertatem, sed omnia seruitia quae nobis debent exhibere, *Præposito Conuentui de Domo Dei in Czarnowas* facere loco nostri tenebuntur. Pro qua collatione li-

bertatis prefatus Praepositus promisit bona fide pro *nostra & Conjugis nostræ nostrorumque liberorum* sanitate omni hebdomade vnam Missam celebrare, sed postquam quod non est evitare, vniuersae carnis semitam ingredi nos contingat, ex tunc similiter spopondit omni septimana vnam Missam dici pro defunctis, nostrarum pro refrigerio animarum perpetualiter haec tenenda. Vt autem haec nostra donatio robur sortiatur perpetuae firmitatis, praesentes fecimus nostri sigilli munimine roborari. Datum in *Bythom* publice 1290. *pridie Idus Januarii Indictione* 4. hujus rei testes sunt dominus *Ludovicus* Abbas de S. Vincentio. Dominus *Romanus* Praepositus Severiensis, frater *Michael* Lector Praedicatorum in Ratibor. frater *Albericus* Praepositus de S. Margaretha. *Comes Sobislaus* subjudex, *Dominicus* Notarius Camerae & alii plures.

VI.
Casimirus Dux Bythom: assignat Monasterio Raudensi Araturam villanorum de Dobroslavitz.

Originale extat in Archivo Monasterii dicti. 1292.

In nomine domini amen. Vitae perennis gloria, quam mira benignitas Conditoris omnium coronat aciem Ciuium supernorum a redemptis pretio sanguinis fusi, de pretioso Corpore Redemtoris meritorum debet acquiri virtute, inter quae illud grande esse dignoscitur, quod piis Locis prestantur subsidia, in quibus Majestas altissimi collaudatur. Nos igitur *Casimirus* Dei gracia *Dux Bythomiens.* ad noticiam tam presencium quam eciam futurorum deuenire cupimus, quod habita bona deliberacione & communicato eciam consilio Baronum nostrorum ad honorem Omnipotentis Dei, & intemerate virginis Marie nec non omnium sanctorum pro remedio peccatorum nostrorum quamuis sponte tam nos hoc egisse ex debito estimamus, *Araturam* villanorum de *Maciejouker* & de *Dobroslavicz*, quam *smetones* dictarum villarum nobis more incolarum terrae arare solebant, *Abbati de Ruda* & toti Conuentui ibidem perpetuo libere assignamus. adiicientes etiam hoc ut de cetero nullus ministeralium vel successorum nostrorum dictos villanos pro dicta Aratura impulsare audeat, sed dicta Aratura ad fratrum predictorum vsus vbicunque preceperint convertatur. Et insuper nostri successores hanc donacionem inviolabiliter & firmiter observabunt. Qui autem hanc nostram donacionem tam piam & tam deuoam violauerit, coram Summo Judice in extremo examine nobis reddat rationem. Et ne hujusmodi donationem inuidia siue tractus temporum valeant impedire, presentem paginam super ipsa conscribi precepimus, & sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in *Octava beati Laurentii Martyris.* Anno domini *Millesimo Ducentesimo Nonagesimo secundo.* Presentibus testibus subscriptis domino *Jeschone* Castellano de Bythom domino *Nicolao* Castellano de Thost. domino *Grimislao*, Castellano de Chosle, domino *Christiano* Sub-Camerario, *Jeschone* Thesaurario, & *Paulo* cognominato *Colenda* & aliis quampluribus.

VII.

Casimirus Dux Bythom. Censum in Gliwicz Monasterio Raudensi confert & alia.

Originale extat in Archivo dicti Monasterii 1294.

In nomine domini Amen. Quoniam ea, quæ aguntur in tempore, ab humana facilius memoria laberentur, si scripti testimonio non forent roborata. Notum sit igitur vniuersis tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis, quod Nos *Casimirus* Dei gracia *Dux Bythomiens.* dum in *Gliwicz*, quæ dicitur *villa Advocati*, commutassemus paruos mansos in magnos, hanc ordinacionem fecimus perpetuam cum domino *Bartholomeo Abbate* & *toto Conuentu* sacræ religionis *de Ruda* quod in predicta villa de quolibet magno manso *fertonem argenti*, & sex mensuras triplicis grani, videlicet tritici, siliginis & avenæ, singulis annis dominus *Abbas* & successores sui *Conuentusque de Ruda* recipient ordinatione perpetuo duratura. Ceterum ob remissionem nostrorum delictorum predictis *fratribus* & *domui de Ruda* dedimus in *stanicza* & in *Sauada* eorum hereditatibus continuam libertatem ab omnibus exactionibus & munitionum structuris, seu ceteris solucionibus, quæcunque quo quomodo possent exoriri, non ad nostros sed ipsorum usus pertinebunt, gaudentes perpetua libertate. Insuper in *Sirdniza* permisimus Agriculturam, quam villam nobis arare deberent, juxta consuetudinem aliorum villanorum ipsis fratribus antedictis, agros colere tenebuntur, in his ad nos respectum non habentes. Ut autem hec & predicta robur obtinerent æterne firmitatis, presentes conscribi fecimus nostri sigilli munimine roborantes. Datum apud *Zlavenczicz* Anno domini MCCXCIV. in *Vigilia sancte* Trinitatis. presente *Joanne* Castellano Bythomien. Comite *Blasio.* domino *Boguslao* plebano S. Marie de Bythom. per manum *Dominici*, *nostrorum doctoris puerorum.*

VIII.

Boleslaus Dux Oppol. vendit Mathiæ & Domeslao viginti quinque Mansos in villa Scirczemb, vulgo Falkowirz.

Ex Originali Archivi Monasterii Czarnowans 1309.

In nomine domini. Cunctorum perit memoria factorum si non scripturæ presidio & testium adminiculo fuerint perhonestata. Hinc est quod Nos *Boleslaus* Dei gracia *Dux Oppoliensis* Sculteriam in hereditate nostra quae *scirczemb* nominatur providis viris Matthiae & *Domazlao* vendidimus mansum quemlibet pro media marca argenti, in qua villa viginti quinque *Mansos flamicos* agrorum scilicet *jure teutonicali* locando populabunt, mansum septimum pro se & suis successoribus legitimis perpetuo usurpandum ratione locationis villae praetaxatae. Quam haereditatis Sculteriam vel dominus *Mathias* vel *Domozlaus* ipsorumque posteri cum agricolis ibidem residentibus cum omnibus nemoribus, boris, silvis, rubetis, mericis, pratis paludibus lacubus piscinis mellificiis omnibus venationibus leporum, capriolarum Castorum, vulpecularum aliisque omnibus usufructibus jure haeredita-

rio perpetuo posſidebunt, praeter ſilvam videlicet gagium noſtrum quam pro nobis reſervamus. Etiam concedimus, vt quilibet incola predictæ villae manſum habens *unam plectam* ſeu congeriem lignorum, ſibi faciat vt ſculteti de eadem ſilva annuatim & nihilominus medium fertonem groſſorum nobis cenſuet de eodem: mellificia vero in gagio duo ſunt villanorum & ſculretorum predictorum. De cauſis vero judiciariis ipſi ſculteti & ipſorum ſucceſſores tertium denarium tollent & Molendinum ſupra *Stobravam* ipſis & ipſorum poſteris cum piſcinis, tabernam liberam molendinum macellum carnium piſtrinum aedificabunt. Quae hereditas eſt contigua *Domarecz* ex una parte, ex alia vero domini *ducis Glogov.* Praeterea prefati Sculteti cum ipſorum poſteris nobis de cenſu quadraginta urnas mellis ſolvere tenebuntur annuatim autem fertonem argenti ſi mel non habebunt pro qualibet urna mellis: pro decima vero domino Epiſcopo medium fertonem ſolvent de manſo propter agrorum ſterilitatem, ſculteti vero & ipſorum poſteri ſuum ſeptimum manſum ab uno usque ad viginti quinque computando a decima ſervitutibus & aliis quocunque nomine cenſeantur ſcilicet cum omnibus utilitatibus posſidebunt liberi Duodecim etiam hortos in memorata villa idem ſculteti liberam habebunt locandi facultatem. Eccleſia ſimiliter ſi conſtructa fuerit duos manſos liberos in prenominata villa *Scirzemb* obtinebit. In cujus rei evidentiam preſentes noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Actum & datum *Opolii* in *Dominica qua cantatur Lætare.* Anno domini *MCCC nono.* preſentibus domino *Slozeborio* milite *Boruta. Andrea de Berdzan. Bolko de Cotorz* & *Joanne* Notario Curiae noſtrae cujus manibus hae ſunt conſcriptae.

IX.

Gotfridus Præpoſitus domus Dei in Czarnowantz locat jure teutonico villam Wroumdorff.

Ex Copiario Archivi Monaſterii 1319.

In nomine domini Amen. Ut temporum geſta in ſtatu ſolido permaneant firmaque hominum in memoria jugiter & inviolabiliter perſeverent, convenit ut teſtibus idoneis & literarum apicibus aeternentur ſigillatis. Noverint univerſi praeſentium notitiam habentes tam praeſentes quam futuri. Quod nos *Gotfridus* divina miſeratione *Præpoſitus domus Dei* totusque noſter conventus ibidem ex deliberato conſilio communique de conſenſu in emendam nec non & in utilitatibus futuris ampliandis Domui ſeu Clauſtro noſtro providere volentes vendidimus ac nos vendidiſſe praeſentibus profitemur pro villa *jure teutonico & novi fori* locanda vulgari nomine *Wroumdorff* nuncupanda in agris ad clauſtrum pertinentibus *flemingicos manſos* unum & viginti, & locum pro uno horto & viginti hortis conſtruendis honeſto viro *Siffrido*, qui ejusdem villae locator eſſe debet & ſcultetus, ad cujus ſcultetiam pertinere debent predictorum manſorum tres, quinque horti, una taberna, tertius denarius de omni cauſa quaecunque ibi emerſerit judicanda, tertiam quoque partem de omnibus proventibus & utilitatibus quae in praeſenti aut in futuro poterunt provenire. Quae omni tempore & ſui poſteri haereditario jure perpetuo

ab omnibus solutionibus & servitiis quocunque nomine censeantur vocari libere teneant, praeterquam quod nobis ac nostris posteris ipse ac sui posteri in nostris indigentiis expensis nostris cum *uno equo duas marcas valente* debent deservire, quem equum si in nostris servitiis quocunque modo perdiderint quod absit ex tunc ipsi nulla servitia facient tam diu, donec ipsis de equo perdito fuerit satisfactum. De residuis autem decem & octo mansis & sedecim hortis quilibet mansus singulis annis in festo beati Martini nobis sive Claustro, pro censu annuo solvet quatuor mensuras avenae & octo mensuras siliginis & pro decima unum fertonem. Incolae autem saepe dictae villae singulis annis in Pascha unam marcam nobis solvere tenebuntur. Quilibet vero hortulanus nobis in festo beati Martini solvet unum scotum & quatuor pullos. Coloni quoque agrorum nobis seu Claustro in agris nostris ter arabunt, & quilibet hortulanus duobus diebus in anno pro necessitate Claustri laborabit, exceptis Sculteti hortulanis. Quibus omnibus praedictis sic datis & solutis incolae villae ejusdem nec per Ducem Oppoliensem nec per nos aut nostros successores ad ampliora servitia nullatenus debent coarctari. Praeterea pro communi utilitate villae supradictae addimus aliis mansis seu mansorum colonis tres mansos alterum dimidium in pratis, quos ipsi coloni inter se dividentes de dictis tribus mansis tanquam de aliis duobus mansis agrorum modis omnibus ut praedictum est nobis seu claustro inservire tenebuntur. In cujus rei testimonium & evidentiam pleniorem presentem litteram sigillorum nostrorum robore fecimus communiri. Datum per manus Notarii nostri *Milonis Plebani in Brozcez in festo beati Michaelis* Anno domini 1319. Praesentibus his domino Pilchone, fratre Nicolao subpriore S. Vincentii fratre Wigando fratre Jacobo Henrico & Jacobo Advocatis de Opul. Peregrino Juveni & Bartholomaeo civibus oppoliensibus. Hermanno Friderico & Henrico colono nostro Villanis de Goslavicz & aliis quamplurimis fide dignis.

X.

Wenceslaus Præpositus in Czarnowantz Jeschoni concedit mansum liberum in villa Dobrzen.

Ex Copiario Cimelii nostri litter. 1321.

In nomine domini Amen. Nos *Venceslaus* miseracione divina Praepositus in Czarnowans Notum esse volumus omnibus presentes litteras inspecturis. Quod de consensu nostrorum fratrum ac consilio & voluntate nostri Conventus *Jeschoni* dicto *Nichoza nostro fideli* super manso in villa nostrae domus *Dobrzen* parvo jacente, quem nomine sui Aui & patris sui hucusque possidet, damus sibi suisque veris heredibus seu successoribus plenariam libertatem, facientes ipsum ab omnibus nostris Censibus, a Decima de ipso manso, ab exactionibus, a polonicalibus angariis & Ducalibus seruiciis vel solucionibus, videlicet, *Poradlne*, *Obradlne*, *stroza*, *powoyne* & ab omnibus his & in similibus pœnitus absolutum: preter missales mensuras, dabit & etiam Fabro & pastori. Addidimus etiam predicto *Jeschoni* cum suis haeredibus & successoribus siluam vel rubum in bonis nostris penes villam jacentem prius nominatam, quae *Kozinecz* nominatur, cum omnibus utilitatibus seu pro-

ventibus pertinentibus ad eandem libere perpetuo posſidendum. Tabernam vero ibidem in villa jacentem *Jeſchoni* memorato concedimus ſuae vitae temporibus libere & liberaliter posſidendam: ita tamen quod idem *Jeſcho* cum ſuis poſteris ratione praemiſſae libertatis in *equo valente marcam* vel ultra per ſe ipſum vel per alium ſatis aptum nobis vel noſtrae Domui tenebitur deſeruire. Sin autem, quod abſit, in noſtro ſeruicio vel noſtrae Domus negotio equum perdiderit memoratum, ex tunc nobis nulla ſeruicia exhibebit tam diu donec ſibi per nos aut per noſtros confratres ſuus equus perſoluetur. Vt autem haec libertas & donacio per nos facta, posſit perpetuo robur obtinere firmitatis, ſigillum noſtrum preſentibus litteris duximus apponendum. Datum apud *Czarnowans. VI. Calendas Maii.* Anno dominicae incarnationis *Milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſecundo.* preſentibus dominabus noſtris *Domina prioriſſa* & *domina ſubprioriſſa*, *Vilhelmo* fratre noſtro *Woyczeſſone*, *Bertcone*, *Jeſcone* dicto *Czamza* & aliis multis.

Profitemur inſuper eidem *Jeſchoni* pro ſuo ſeruitio per nos vel per noſtros ſucceſſores ſeu noſtram Domum, Tunicas duas dare ſcilicet eſtiualem & hyemalem ſingulis annis. Dat. tempore & loco prenotatis.

XI.

Vladislaus Dux Oppol. confirmat emtionem venditionem villæ Blazegowitz.

Ex libro III. Privilegiorum Archivi ſupremæ Curiæ Oppol. p. 235. 1383. & 1556.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam *Iſabella* Dei gratia *Regina Hungariæ Dalmatiæ Croatiæ &c.* Significamus tenore praeſentium quibus expedit univerſis & ſingulis. Oblatas eſſe nobis litteras Pergameneas Illuſtrisſimi olim Principis Domini *Ladislai* Dei gratia *Oppolienſ. Wielunenſ. Cujawienſ. & Dobrinenſ. Principis* praedeceſſoris noſtri ſalvas integras illeſas & omni ſuſpicionis nota carentes. rogavitque nos generoſus & ſtrenuus *Nicolaus Laſſota de ſteblow*, Judex generalis Diſtrictus Superioris Glogowie bonorum *Blazegowitze poſſeſſor.* fidelis noſter dilectus, ut illi tales literas & earum contenta autoritate noſtra ſuprema & nomine Sereniſſimi Principis domini *Joannis Sigismundi* Dei gratia *Oppolien.* & *Ratiborien. Ducis filii noſtri Cariſſimi* tanquam *Tutrix* confirmare & ratificare dignaremur. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis.

In nomine domini Amen. Ad perpetuae rei memoriam. Nos *Ladislaus* Dei gratia *Oppolien. Wielunen. Kujawien. & Dobrinen. Princeps.* Notificamus tenore praeſentium univerſis & ſingulis quibus noſſe oportunum fuerit. Quia in noſtra praeſentia conſtituti Nobilis & ſtrenuus miles *Adam Bees de Polonicali Raſtlowicz* & de *Koya* & validus *Henricus Kuropes* noſtri fideles dilecti. ſani corpore & ratione. bono deliberato animo non coacti amicorum ſuorum prehabito conſilio bona voluntate recognoſcentes, qualiter ipſi concordaſſent emptionis & venditionis titulo cuiusdam villae nominate *Blazegowitz* in diſtrictu Glogowien. ſitae. & hanc prenominatus *Henricus Kuropes* praedicto militi *Adam Bees* praenominatam villam & bona *Blazegowitz* recte & rationabiliter vendidit cum omnibus cum omni dominio cum

omnibus hominibus, Kmetonibus Ortulanis & omnibus inhabitatoribus ville predicte & cum taberna pro trecentis marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, etiam omnibus metis & granitiis circumquaque sicut sunt distinctae & limitatae puta, Agris. campis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, quercetis, rubetis, stagnis, piscinis, piscaturis, aquis & earum decursibus ceterisque pertinentiis & appendentiis universis nullis penitus exclusis, sicut cum greniciis prout sunt distincta ad *Mochow* ad *Milciam* ad *Czoltzowitz* ad *Schreibersdorff* ad *Kerpen* usque ad *rudnam* & usque ad *Capicteum pontem* & ulterius usque ad silvam Monachorum quae pertinet ad Claustrum supra prata, & cum hoc resignans igitur dictus *Henricus Kuropes* praefatam villam & bona quae supra nominantur nostris manibus libenter ut est moris, Ad votivam igitur contrahentium dictorum instantiam hujusmodi venditionis & emtionis contractum admisimus, dictaque bona eo jure dominio & utilitate, quibus dictus vendens dicto militi *Adam Bees* & in ipsius persona suis heredibus & legitimis successoribus, Jure nostro & successorum nostrorum ac omnium aliorum semper salvo, contulimus & conferimus perpetuitatis titulo possidenda. investientes eos in dicta bona legitime ut moris est, atque ipsos huiusmodi bonorum heredes constituimus legitimos possessores. Praemissa quoque omnia & singula in suis clausulis punctis & articulis rata habentes & grata, ea presentis scripti testimonio ex certa scientia confirmavimus. Caeterum petivit nos praefatus miles *Adam Bees* noster fidelis dilectus pro *supremo Jure*, quod nos habemus in nominata villa *Blazegowitz*, ut sibi dare illud vellemus, ad hoc annuendo respeximus sua fidelia servitia quae ipse Miles sui successores nobis fideliter exhibuerunt & in futuro exhibere tenentur, ideo sibi & suis successoribus legitimis de innata nostra benignitate & gratia damus cum omnibus gratiis nostris principalibus, cum omni dominio. Censibus. laboribus, emendis, poenis, libertatibus, & cum omnibus accidentiis, deuolutionibus & appendentiis, sicut nos tenuimus nihil exclusis & nullis exceptis. saluis tamen *nostris servitiis Principalibus*, & illa servitia debet praefatus miles ordinare & disponere vel suus Scultetus, puta *cum uno equo trium marcarum* Insuper nos tenemur & debemus necessaria *juxta consuetudinem Ducatus præsentis & stare debemus pro omnibus damnis*, *& illud servitium non durare diutius nisi ad unum mensem. & si diutius duraret. tunc tenemur sibi dare stipendium sicut alii Soldato alieno.* Harum quibus Sigillum nostrum in evidens testimonium appensum est testimonio litterarum. Actum & datum in *Glogovia Superiori.* Anno domini *Millesimo trecentesimo Octuagesimo tertio. Dominica die qua Misericordias Domini in Ecclesia Dei* decantatur. Praesentibus h. *Henczkone. Joanne Swantopolk. Joanne de Nymansdorff. Ramfoldo Stosz,* Militibus. *Victore* Capitaneo Oppoliens. *Steflikone Strol de Milvan*, & domino *Nicolao* Custode Wratislavien. nostro Cancellario.

Nos itaque *Isabella Regina* praenominata attendentes ejusmodi petitionem ipsius *Nicolai Lassota* fore justam, ipsam gratam suscepimus, literasque venditionis bonorum *Blazegowicze* praeinsertas & omnia earum contenta ipsi confirmanda & ratificando duximus prout ratificamus & confirmamus autoritate nostra & *Illustrissimi filii nostri* qua ad praesens fungimur. Declarantes etiam specialiter ex gratia nostra quam meretur hanc tabernam quae in litteris est descripta hoc modo quod ipse &

successores ejus ea taberna juste uti debent & poterunt semper sicut nunc utitur, videlicet braxatione cerevisiae & alio omnimodo usufructu, ac insuper considerantes in praestandis servitiis nostris obsequium ipsius Generosi *Nicolai Lassota*, dedimus ipsi & successoribus ejus damusque per presentes Litteras libertatem evehendi ligna ex silvis nostris circumjacentibus pro igne *curiae Blagezowitzensis* perpetuis temporibus. Poterit item in siluis nostris circumquaque jacentibus pro una vice excidere arbores pro construendo aedificio ejusdem Curiae quando ipsi visum fuerit vel necessitas postulaverit cum scitu tamen nostro aut Capitaneorum nostrorum Glogowien. Decernentes omnia praemissa robur debitae & perpetuae firmitatis obtinere, harum testimonio litterarum quibus manum nostram subscripsimus. Dat. *Leopoli in Russia prima die mensis Julii.* Anno Domini *Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo sexto.* Praesentibus Magnifico *Nicolao Czikowsky* Castelano Zarnowien, Burgrabio Krakowien. & Curiae nostrae Magistro. *Michaele Cziaky* Cancelario. *Alberto Novicampiano*, *Illustrissimi filii nostri* praeceptore. *Hieronimo Czier altowsky* incisore nostro. *Davide Zborzensky* & *Johanne Malasky* Aulicis nostris & aliis quam plurimis fide dignis circa nos tunc existentibus. Datum per manus *Andreae Lautzsky* Secretarii nostri.

XII.

Vladislaus Dux Oppol. confirmat Concordiam inter Conventum Czarnowans. & Margaretham Waynknecht factam.

Ex Copiario Conventus 1386.

Ladislaus Dei gratia *Dux Opuliensis Wielunensis*, *Cujaviensis Dobrinensis* Notum facimus tenore presentium universis quod nos inter religiosos *Mathiam* Praepositum & totum Conventum Monasterii *Domus Dei* alias *Czarnowans* parte ab una & ex altera dominam *Margaretham* relictam quondam *Johannis Waynknecht* super universis & singulis debitis per dictum *Johannem Waynknecht* existens Procurator dicti monasterii quomodolibet contractis & super universis quaestionibus & objectis inter dictas partes exortis plenam & perpetuam de expresso consensu & bene placito ipsarum partium Concordiam fecimus & tractavimus, isto modo quod praefata *Margaretha* omnia & singula debita per dictum *Johannem Waynknecht* maritum ipsius tempore suae procurationis ex parte dicti monasterii contracta solvere debeat plenarie & in toto, excepto *Nicolao tylmanno* Cive Opuliensi, cui Praepositus & Conventus Monasterii praedicti totum debitum solvere tenebuntur hoc etiam adjecto quod ipse Praepositus & Conventus viginti tres marcas grossorum & quatuordecim denarios infra hinc & duas septimanas post nunc instans festum sancti Martini Episcopi & Confessoris praenominatae *Margarethae* absque omni dilationis & contradictionis obstaculo solvere sint astricti, & cum hoc una dictarum partium ab omni attestatione quaestione impetitione & actione Juris & facti a parte altera perpetuis temporibus totaliter sit soluta harum sub nostri sigilli appensione testimonio litterarum. Actum & datum *Opol* Anno Domini *millesimo trecentesimo octuagesimo sexto*, *proxima feria sexta post festum Corporis Christi.* Praesentibus dominis *Nicolao*

colao Mroczkonis de Marschowicz opuliensibus *Franczkone Burguero* Magistro Curiae *Ymravio de Lanka* & domino *Nicolao Tyczkonis* Canonico Opuliensi Cancelario nostro qui præsentia habuit in commissis.

XIII.

Boleslaus Dux Oppol. donat medietatem villæ Auschitz, Nicolao Predboro.

Ex libro Privileg. III. Archivi Supremæ Curiæ Oppol. 1387.

In nomine domini Amen. Nos *Bolko* dei gratia *Dux Opoliensis Falkenbergensis* & *Dominus in Strzelecz* & *Rosenbergk &c.* praesentibus notum facimus universis & singulis, ad quod præsens scriptum fuerit devolutum, tam lecturis quam audituris & signanter quibus expedit. Quod ex matura deliberatione & rata ac plena munificentia, nostris largis donis & muneribus cunctos nostros fideles grate & gratiose providere, & favore nostro speciali assidue prosequi cupientes, illos quos fidelis exhibicio seruiciorum comprobat & fide comprobata eos ipsos nobis hilari vultu in zelum amoris nostri comendat. Igitur intuentes & plurimum considerantes grata & accepta assidua seruicia famati validi viri *Nicolai predbori* fidelis nostri dilecti, qui assiduis conatibus & integris fides sollicitudine nobis grate exhibuit, & in futurum sese nobis paratum præstare & exhibere tenebitur. Igitur fidelitatem servicii ejus digne & gratiose attendentes quibusdam beneplacitis muneribus nostris condonare cupientes & in signum perpetuæ gratiæ & dilectionis nostræ benigne prouidere volentes totum nostrum Dominium hoc est, medietatem villae nostrae *Auschitz* districtus *Rosenbergensis* cum omni libertate & dominio prout soli ab antiquo possidebamus & fruebamur cum Kmetonibus, Sculteτis, ortulanis, taberna & eorum locationibus seu structionibus & aliis accidenciis & pertinenciis, censibus, laboribus praediis, agris cultis & incultis, ortis, pratis, campis, boris, silvis, gays, mericis, rubetis, venationibus, fluuiis, fluminibus, aquis, piscinis, piscatoriis ceterisque omnibus accidenciis, prout nos ipsi eosdem Kmetones, & medietatem bonorum in villa praedicta ab antiquo tenebamus, possidebamus, & fruebamur, & prout eadem bona in suis circumferentiis, granicibus, & metis singulariter ab antiquo extant specificata seu eliminata, nulla penitus pro nobis aut nostris successoribus legitimis excipientes aut reseruantes, quibuscunque nominibus nominari aut vocitari valeant, (praeterquam pro nobis & pro nostris successoribus legitimis *Jus Supremum* excipientes in futurum reseruare cupientes) in eadem villa dicta *Auschitz*, districtus nostri *Rosenbergensis*, praefato *Nicolao predborio*, fideli nostro dilecto sibi ipsi & suis heredibus aut legitimis successoribus haereditarie dedimus & per præsentes damus, & perpetue conferimus gratiose, eum ipsum & ejus haeredes aut legitimos successores in praesenti Dominio perpetuis temporibus confirmantes libere tenere, aedificare, seminare & pacifice possidere, uti, frui, donare, commutare, vendere, & pre suis ac suorum haeredum & legitimorum successorum usibus convertere, vti vt melius aut competencius fore videbitur, ita tamen, quod praefato *Juri nostro Supremo* & *servicio consueto* non fuerit nociuum. Quod nos pro nobis & pro nostris successoribus legitimis in futurum reseruare cupimus, & vigore

praesentium litterarum conservamus. Sed ut ipsa donatio nostra rata fuerit, praedicto *predborio* fideli nostro dilecto praesens priuilegium in robur perpetue firmitatis dari jussimus, sigillo nostro subappenso ratificantes. Actum & datum in *Strzelecz ipso die Sancti Martini Episcopi.* Anno domini *Millesimo trecentesimo octagesimo septimo.* praesentibus ibidem fidelibus nostris dilectis, *pakuschio de Berow* Capitaneo nostro Strzelecensi. *Friderico Falkenbergk*, *Joanne Twenne Czechowski*, *Balthasar Franckenbergk*, *Nicolao Kusche* & *Joanne Feyge*, cui haec litera fuit ad scribendum commissa.

XIV.

Vladislaus, Dux Oppol. donat Ordini Fratrum Predicatorum villam Luboschice & molendinum.

Ex Copiario nostro 1399.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos *Ladislaus* dei gracia *Dux Oppoliensis* &c. notum facimus tenore presentium quibus expedit vniuersis. Quod ad sempiternam divine retributionis mercedem & temporalis prosperitatis augmentum fidelibus & deuotis capellanis nostris ac fratribus Ordinis fratrum praedicatotum *ecclesie Sancti Georgii in Opole* villam nostram *Luboschice* nuncupatam Opoliensis districtus cum omnibus ipsius villae vtilitatibus. Fructibus. Censibus. redditibus & prouentibus vna cum molendino ibidem locato siue locando prout etiam eadem villa in suis metis & graniciis circumquaque est distincta & limitata, puta, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, Boris, memoribus. virgultis. rubetis. mellificiis. piscinis. piscaturis, aquis, & earum decursibus, ceterisque appendiciis & pertinenciis vniuersis ad dictam villam spectantibus, prefatis fratribus & ministris dicte *Ecclesie Sti. Georgii* & eorum successoribus jure. damus. conferimus & donamus donatione perpetua & irreuocabili tenendam. habendam vti fruendam ac perpetue possidendam & in vsus suos beneplacitos conuertendam prout etiam vtilius & convenientius videbitur expedire, vt ipsi fratres & ministri diuino cultui eo libentius vacare valeant, & creatoris nostri clementiam pro nobis nostraque salute vigilantius implorare, Volumus vt etiam homines nostri & incole villarum puta de *magna & parua hotocz*, de *wangri*, nec non de *Lubnani* frumenta earum in prefato *molendino Luboschyce more solito deferre & molere sint astricti.* Vt autem praemissa nostra donatio robur obtineat perpetue fermitatis presentes fieri jussimus nostri sigilli munimime roboratas, saluo tantum *Jure nostro supremo* seu *ducali* & seruiciis ab antiquo institutis, quod in dicta villa nobis & nostris posteris perpetue reseruamus. Actum & datum *ipso die beatorum Simonis & Jude Apostolorum* Anno domini MIII. nonagesimo nono. presentibus fidelibus nostris *Perco de hotocz* milite. & *Scherii* Capitaneo nostro opolien: *Apcuschio de Schedlic. Nicolao de Budzan. Jacuschio de Campa. Genricho de Racow.* & *Johanne de Colensibeff.* curie nostre notario, qui presentes habuit in commisso.

*) Lubet addere indicem, in Copiario nostro huic diplomati subnexum, Privilegiorum supra dicti Conventus, licet non adeo locupletem, nec satis accuratum.

Priuilegia Conuentus Opolien. fratrum Ordinis Prædicatorum ad ædem diuo Georgio sacram.

1) Littera ducalis magna fundationis Conuentus.
2) Littera Contractus viginti trium marcarum minus fertone super *Opel* in pretorio.
3) Littera *Conradi de Oda* super ortum prope *halbendorff*.
4) Littera domini Orsini, petri Neumann, scabinorum super ortum eundem.
5) Littera Scabinorum super duas quartas agri.
6) Littera super duodecim marcas legatas eidem Conuentui.
7) Littera *Victoris* Capitanei Opoliensis.
8) Littera *Bernhardi ducis Oppolien.* super molendino.
9) Alia littera *ejusdem ducis* super medietate molendini oppignorati.
10) Littera *Ducis Nicolai Opoliens.* super quarta molendini reseruata.
11) Littera *Ducis Johannis Opoliens.* super molendino & theloneo.
12) Littera *Ducis Ludouici Opoliens.*
13) Littera scabinorum Oppolien. super 2. florenos in allodio quodam.
14) Littera papirea super certas quartas agri.

XV.

Bekenntnis der Stadt Breslau, daß die Stadt Ober-Glogau sich gleicher Rechte mit ihnen zu gebrauchen befugt seyn solle.

Ex libro Privileg. Curiæ supremæ Oppol. 1399.

Wir Rathmannen der Stadt zue Breßlau bekennen vnd thuen khund offentlich diesem gegenwärttigen Brief allen den, die Inn sehen oder hören lesen, daß unsern Vorfahren vor langen Zeitten Rathmanne zue Breßlau den Erbern Leuten Rathmannen und der gantzen Gemein zue Obersten Glogau vmb sonderlicher biet vnd begehrung willen, des hochgebohrnen Fürsten Hertzog Heinrichs zu Oppeln, Herrn zue Obersten Glogau vnd auch der Erbern Leute Rathmannen, und der gantzen Gemeine zu derselben Zeit daselbst zue Obersten Glogau gegeben, gegunst und verschrieben hatten, daß Sie mit unß haben halten und gebrauchen sollten, aller unser Stadt Recht, gnadensetzung und gewohnheit gleicher weise, und in aller masse, alß wir die haben, halten, und gebrauchen, und auch ob Sy Khein Zweifel hetten, Inn Sachen vor der Stadt gerichte zwischen Klage und Antworth, da Sy des zweiwels entschliesung und undterweisung von Niemands anders dann von unß nemen und holen sollten. Nun haben unß Vorbracht die Erbern Leuthe Rathmanne, die jetzund sindt zu Obersten Glogau, wie Ire Vorfahren Vor langen Zeiten Rathmanne daselbst den Brieff der Inn zue der Zeit von den Rathmannen zue Breßlau was gegeben über solche recht, gnadensatzunge, und gewohnheit, haben verwahrloset, und haben unß gebeten, daß wir Inn darüber ein andern Brieff vndter unser Stadt anhangenden Innsiegel wollden geben, davon wir Rathmanne der Stadt zue Breßlau die ietzund sind, haben angesehen die alte briefliche Begehrung Hertzog Heinrichs obgenannten und der Rathmanne und der gantzen Gemeine zue Obersten Glogan den wir haben

mit der Herzogen und auch der Stadt anhangenden Insiegel, und auch der müglichen Biete der Rathmanne die jetzund sein zue Obersten Glogau und geben, verleihen, und gönnen mit willen, wissen, und mit gutten rath aller unser Scheppen, geschwornen und Ellteften, und gemeine unser Stadt der obgenanten Stadt Obersten Glogau, also, daß die Rathmanne, Scheppen, und geschworne, und die gantze gemeine Arm und Reich, die ytzund sind, oder in zeiten zue Obersten Glogau werden, mit unß sollen und mügen haben, hallten, und gebrauchen aller unser Stadtrecht, gnade, Saczung, und gewohnheit in aller der weise und masse, alß wir das zue unser Stadtrecht Ehren, nuczen und gemache haben, halten und gebrauchen, und in Auch allen Zweifel einer jeglichen sachen der Sy aus Vorstadt gerichte, zwischen Clage, und Antworth von unß vnderweisunge werden, begehren, getreulich wollen entschliessen und entscheiden, Alls fern wier die nach Gott und noch recht werden erkennen: doch mit solchem unterscheide, daß Sy solch recht, gnaden Saczungen, und Gewohnheit oder allen Zweifel der Sachen aus Jeren Stadtgerichte, den Wir nach Jerem begehren in Jerem Fragen endscheiden, oder endschließen würden, Vorbaß niemand geben, noch mittheilen sollen, in Kheiner weise, Allß unß das vormals gelobt ist in dem Briefe, den wier haben mit Herzog Heinrichs, und auch mit der Stadt Obersten Glogau Innsiegeln anhangende versiegelt. Des zue Zeugnus haben wir unser Stadt Innsiegel an diesem Brief laßen hängen. Geben am Sonnabend Vor dem Sontag, als man singet *Quasimodogeniti* noch Gotts geburth Tausent Dreyhundert Jhare, dornoch in dem Neun und Neunzigsten Jhare. *)

XVI.

Sententia Consulum Opol. & Strelicz. inter Advocatum & Communitatem Crappiciensem.

Ex Originali Curiæ Crappic. 1416.

Wir Rotmonne *czu Opol hayn von Rosinberg petrus wanke hanns hayn wolleweber hanns snyder* vnd *Niclos wonnenberg*, vnd wir *Rotmonne czu Strelicz Nicolaus Swarcz snyder Michel Noske*, *Andreas Schuwert* vnd *wenczke* bekennen vffinlich in dem briefe allen den dy en sehen adir heren lesin das vor vns komen sint in eynen siczenden Rote czu Opol uf das Rothhows dy erbern Juncher *Lorencz Borgenew* foyt czu Crapicz an eyme teylle vnd dy erbern lewte *hanke Corkuschka*, *Laschke wondirlich Bartholomeus von Goslaw* vnd *Nicolaus schuwort*, *Rotmanne czu Crapicz* von erentwegen vnd von der ganczen gemeinen twegen der stat czu *Crapicz* vnd haben vns vorgelegit wy das em der hochgeborne furste *herczog Bernhard czu strelicz* vnsir gnediger here geschreben habe ab gesellen dy lewte beschedigiten uf der strosse dorch *Crapicz* werden riten das se dy ufhalden sulden. vnd czu em tun sulden mit dem rechte noch eren vordinten was recht were. des weren vir gesellen komen vnd weren dorch *Crapicz* gerethen. des weren se gegangen czu *lorencz foyt* czu *Crapicz* vnd hetten em gesagit wy ir herre vnd vnsir here *herczog Bernhard* en geschreben hette das vir gesellen dy lewte beschedigiten dorch *Crapicz* weren gerethen vnd bo-

*) Diese Urkunde ist vom Kayser Ferdinando I. zu Wien am 16. August 1557. bestätiget worden.

then das her en hulfe tete se welden en noch rithen des hethe her en eyn pfert czu hulfe gegebin des weren se en noch gerethen vnd hethen se gefangen in kreczschim czur *dober* vnd hethen se wedir gefangen brocht czu *Crapicz* in dy stat mit vir pferden vnd mit andern eren gerethe vnd hoten lip vnd gut gewogit vnd heten se vor gerichte brocht vnd das recht mit en begangen hethen alſo das se gehangen worden: des duchten se das se czu den pferden vnd czu andir eren gerethe recht hetten. doruf encweme Juncher *lorencz foygt czu Crapicz* vnd sprach: *das gerichte czu Crapicz ist myn vnd habe das mit allem furstlichen rechte* das her vor vns beweyst hot mit sinen briefen dy her doroibir hot vnd wen se denne verteylt vnd gehangen vnd das recht obir se dirgangen ist von myme gerichte vnd nymant komen ist der sich czu den pferden vnd czu andern eren gerethe geczogen hot als recht ist, zo mogit ir wol dirkennen das ich recht dorczu habe vnd nicht se wen ich en auch von gerichtis halber eyn pfert czu hulfe gegeben habe das se ouch selber bekennen. des haben se vns gebethen an beyden teylen das wir vns der sache vndirwonden vnd se enschichten wer recht czu den pferden vnd czu dem gerethe hette wen di hochgebornen fursten *herczog Bolke* vnd *herczog Bernhard* vnsir genedigen heren se an vns gewisit hetten se czu entschichten wer recht dorczu hette der *foygt lorencz* odir di *stat Crapicz*. das habe wir angesen . ir bethe vnd sundirliche beuelunge vnsir egenanten gnedigen heren *herczog Bolken* vnd *herczog Bernhardis* vnd haben se entschicht uf dy sache als dovorne geschreben stet alſo als dy gesellen gericht vertaylt vnd ouch gehangen sint vmb das das se vorworcht vnd geton haben vnd den tot geleden haben zo spreche wir das dy pferde vnd er habe der vorgenanden gesellen frey was vnd mochtens geton haben wo hen se hetten gewolt vnd wen nymant dorczu [komen ist der sich derczu geczogit hot als recht ist so spreche wir das das gerichte besser recht dorczu hot wen dy stat *Crapicz*. adir was eyn man vinden diben adir rawbern abjagete das soll her uf biten vor sinen gebowirn adir czur kirchen. kompt Jener bynnen sechs wochen dem is czu gehort, her sal sich dorczu czin salbdritte vnd gibt dy kost dy jener domitte hot geton ub is pferde adir vi ist. ist abir ienir von eym andirn gerichte, des das gut ist so beheldit her das dritte teyl der is den diben adir rowbern abgeiaget hot. kompt abir nymant bey sechs wochen der sich doczu czoyt so nympt der Richter czwey teyl vnd iener der is abgeiagit hot das dritte. ouch als ir an vns gegangen sit, ub messer adir swerte geczogen worden uf schoden wem dy messer adir swerte gehoren, ouch ob ey man eynen globit czu gestellen czum dinge in das recht wy man das halden sulle vnd ab eynir gehangen adir gekupit worde wer dem czochteger sin lon geben sal. doreber spreche wir ab messer adir swerte geczogen werden uf schaden di gehoren dem gerichte. czu losin sal man se geben ab mans begert vnd dy busse gehort der stat. ouch ab ymant eynen hot gelobit czu gestellen in das recht vnd wen her en hot gestalt in das recht dem sachwaldin als her gelobit hat zo ist her ledig vnd wirt ymant gehangen adir gekopt wer czu em gefordirt hat der sal dem czechteger sin lon geben. alſo habit ir das. czu Orkonde habe wir vnser Ingeczegiln an den brieff losin hangen der gegeben ist czu *Opol* noch gotis gebort *virczenhundirt Jor und in dem sechczenden Jore am nesten fritage vor Invocavit.*

XVII.

Hertzog Bernhard begnadiget mit verschiedenen Freyheiten Peter Temchen sein Freyhaus zu Crappitz.

Ex Originali Arcis Crappic. 1418.

Inn Gotis namen amen. Wir Bernhard von gotis gnoden Herczug zu Falkenberg vnd Herre zu strelicz rc. Bekennen offintlichin mit desem Brieffe allen den die en sehen oddir hören lesen, das Wir angesehn hoben getrowen dinst, den Vns der Woltüchtige Vnsir liebir getrawir Petir Temchyn von Borgene dicke vnd veste geton hot, vnd von seinen elichin geerben nochkomen vnd nehsten haben gegeben, vnd geben In craft desis Brieffis sein Haus das he zu Crappicz hot, gelegin an der Statmawir doselbst czu haben zu halden zu genissen, vnd an seinen nucz zu wenden frey mit derselben Hofreyte, vnd losen en frey vnd ledig vnd seine nochkomelinge allir geschos czinß vnd erbit, die man vns oddir vnsern nachkömelingen, oddir vnsir egenonten stat davon thuen sulde, vnd ouch allir Wache vnd allir Beswernis die man vff dasselbe Haws, oddir uff die eynwoner desselben Hawzis thuen möchte, auch geben Wir em, vnd seinen nochkömelingen, vud den Inwoner desselbin Howzis sulche Freyheit zu demselben Howze In Vnsir egenanten stat, vnd uff dem markte, vnd vor der stat allirley feylen kowff frey zu kewffen vnd zu vorkewffen one ymanden Wedirsprechin vnd dorczu allerley getrencke, die daselbst In Vnsir Stat Crappitz gebrawen würden dorowe vnd doreyn zu schenken vnd zu verkewffen, vnd girsten Bir vnd Weissen Byr zu brewen, als vil vnd als dicke he das thuen wil oddir vrrmack gleich eynem andirn derselben genanten Stat Inwoner oddir methebörgir. Zue Vrkunde desis Brieffis bestetigit Ingewisit vnd versegelt mit Vnsern Furstentlichin angehangendem Innsegil. Gegeben zu strelicz an dinstage noch sinte Dorotheen tag der achtbarn Juncfroen nach gotis geburt fierczehn hundirt Jor dornoch Im den achtczehnden Joer. Dobey gewest sind die strengen vnd die Woltuchtigen vnsir lieben getrowen Herr Liczke von der Plawsnicz Herr Obignow socl von clemem rawden, w schilnick, Pelke von Scorcow. Nicclay von rasponow, Otte von Proskaw vnd Otte Bes von Rogow vnser Schreiber.

XVIII.

Hertzog Bernhard verkaufft sein Oberstes Fürstliches Recht in Frauendorf an Biesen.

Ex libro Privil. Archivi Curiæ Supr. Oppol. 1437.

Wir Bernhard von gotis gnoden Herczog zu Oppol und Falckenbergk rc. Bekennen vffenntlichen mit disem Briue allem den die en sehen odir horen lessen, das wir den woltuchtigen Nickosth Bies Hauptmann zu Oppel vor drey vnnd dreyssig marck Bemischer groschen, vnnd ouch vor seinen Diennst, den er vns getreulichenn gethann hat, vnnd noch Inn zuckünfftigen Czeitten thun wirt, Vnsir vbirste furstliches recht, Inn vnnd vff dem Dorffe vnnd gutte Frowendorff, Inn vnserm Opplischen gebiete gelegin mit allim dem rechte zugehorungen vnd ge-

nißen alls wir das selber gehabet, gehalden vnnd besessin haben keines außgenomen gegeben, begnadt, vorschrieben vnd vffgericht haben. Geben, begnaden, vorschreiben vnd vffreichenn in crafft dieses Brifes das vorgenannt vberste Fuerstliches recht zu habin, halden vnd des genissen, domithe zu thun vnnd zu lossenn, vorkeuffenn, verseczen, vorwechseln, vorgebin, entfremden, erblichen vnnd ewigklichen zu besitzen vnnd an einen seiner geerben elichen nachkomen nucz zu wenden, wie sie das am allerbesten duncken wirt vnd zu rathe werden. Mit vrkunde dises Brifes bestetiget, vnnd vorsigelt mit vnnsern fuerstlichen anhanngenden Ingesiegiel. Gegeben zu Oppol am mitwochen negst vor allerheiligenn tage Noch Christi geburt vierczehenhundert Jor, vnnd dornach Jnn dem sieben vnnd dreißigsten Jore. Dobey sein gewest Heinrich Dornheim. Otto von proskau. Janke Schelhan. Stzepan Schelhan. Michel Nawoy. Christke Dornheim vnnd peter von Lapstha vnnser schreiber dem dieser Brief wart befolen.

XIX.

Hertzogs Conrad zu Oels und Kosel Bestätigung über den Verkauf des Dorfes Dobiesschowitz.

Ex Originali cimelii nostri litter. 1441.

Wir *Conrad* von gots gnaden *Herczog in Slezien* vnd *Herre zur olssen* vnd zur *kozil* &c. Thun kund vnd bekennen mit diesen briue allen die en sehen horen ader lesen das vor vns komen sind vnsere libe getrawen *dittrich Jan* vnd *Nicolai gebruder hanns von Czoschkowicz Sone* wolgesund an leibe vnd der synnen vnd haben mit woluorbedochten mute williclichen vnbetwungen vnd vnbetrogen recht vnd redlichen vorkoufft vnd in demselben kouffisweize offgereicht vnd offgegeben allis dassie haben ader gehaben mochten zu *dobiesschowicz* in vnserm kozlischen gebitte gelegen vor *hundert* vnd *fierczig marg grosschen behemischer muncze vnd polnischer czal* vnserm liben getrawen *Berthoken* von *dobiesschowicz* seynen rechten erben eliche nochkomen vnd nesten mit allen solichen rechten hirschafften vnd zugehorungen, fruchten, noczen vnd genissen Ackern gearn vnd vngearn forwergen, gebawern, gertnnern, Molen, teichen, teichsteten, wesen, wassern, welden, pusschen, beiden mottichten phulen, streichen, ruttichten vnd struttichten wie man die mit besunderm namen benennen mochte keynerlei ausgenomen vnd alse denn dasselbige gut *dobiesschowicz* von alders in seynen rehenen vnd greniczen von alders ist gelegen gleiche vnd also sal is der vorgenanten *Berthog* seyne rechte geerben eliche nochkomen vnd nesten haben halden, gebrauchen, genissen, vorkeuffen, vorseczen vnd geruglichen in al der mosse besitczen, alse sie is denn besessen haben vnd dorczu noch der [illegible]ien briue die dorober sind gegeben. des czu orkunde haben wir vnser *) Insegil an diesen brieff lossen hengen. Geben zur *kozil am Montag an Sand dorotheen tage* nach gots gebort *fierczenhundert* vnd dornoch in dem *eyn* vnd *fierczigisten Iaren.* dobey sind gewest vnsere libe getrawen *Marke twardaw.* Saulus Twardaw. Bernhard grotke, heyncze pozar. Jan Tlumog von wronyn. Stenczlaw Brzesinke. heinrich dzalosch. surman kossthibor vnd ander fil erber der vnser.

*(Sigillum vide sub no. 3.

XX.

Petrus Episcopus Wratislaviensis, vendit Censum annuum pro Altari in Ecclesia Lessniczensi fundando.

Ex Originali Cimelii nostri litter. 1448.

In nomine domini amen. Nos *Petrus* dei gratia *Episcopus Wratislauiensis*, Recognoscimus tenore presentium vniversis. Quod suadente necessitate nostra & Ecclesie nostre ineuitabili cui alias succurrere non valemus de consensu venerabilium fratrum nostrorum Capituli nostre Wratislauiensis ecclesie post varios & multiplicatos tractatus sepius capitulariter reuolutos & repetitos, nostro & ecclesie nostre nomine iusto empcionis & vendicionis titulo interueniente vendidisse nos publice profitemur. & vendimus per presentes Censum annuum liberum ab omni seruitutis onere decem marcarum grossorum Pragensium numeri polonici & pagamenti consueti. In & super omnibus & singulis Juribus & prouentibus Collecture nostre *Sweidnicensis* ad mensam nostram Episcopalem Wratislauien. spectantis, quos quas & que nomine Ecclesie nostre habemus tenemus & possidemus discreto viro domino *petro dutkonis* Rectori ecclesie parochialis in *lessnicz* ementi & recipienti dictum censum nomine executorio ultime voluntatis olim domini *Mathie* plebani in *Elbowicz* pro Altari in honore viuifice Crucis, gloriose virginis Marie & Omnium sanctorum in dicta Ecclesia parrochiali in *lessnicz* de nouo erigendo & fundando & ipsius Altaris presenti & futuris ministris pro centum marcis grossorum numeri predicti nobis in bona & numerata pecunia ad plenum pagatis & solutis, ac in euidentem Ecclesie nostre necessitatem & vtilitatem scilicet redempcionem *Castri Othmuchaw* quod tunc *Seiffridus Wadewicz* tenuit obligatum, conuersum, quamlibet marcam pro decem marcis dandum soluendum & presentandum dictum censum in subscriptis solucionum terminis predicto domino *Petro dutkonis* aut dicti Altaris ministris seu ipsorum legittimis successoribus aut procuratoribus eorum legittime ad hoc constitutis per discretum virum dominum *Gregorium Winther* modernum collectorem dicte collecture & illius successores sub nostris periculis laboribus dampnis & expensis in *Wratislauia* videlicet in festo sancte Elizabeth nunc instante incipiendo in quo prima intrabit solucio & sic annis perpetuis continuando sub pena excommunicationis & ecclesiastica censura ferenda in eum & successores dicte collecture nostre in *Sweidnicz* per nos aut officialem nostrum *wratislauiensem* tocies quociens in solucione dicti census & eius partis negligentes forent vel remissi. Cui quidem pene dictus dominus *Gregorius Winther* modernus collector noster in *lessnicz* sue & successorum suorum eiusdem collectorie procuratorum nominibus voluntate & consensu nostris accedente coram nobis ad eiusmodi actum presidentibus se sponte ad solucionem prelibati census in prefato termino faciendam submisit quociens negligentes extiterint aut remissi. Renunciantes nihilominus ad premissa & quodlibet premissorum nostro & successorum nostrorum nominibus omnibus & singulis excepcionibus legis & Canonis statuti consuetudinum, appellacionum, simulacionum contractus feriarum priuilegio fori & paupertatis beneficio restitutionis in integrum,

Epistole

Epiſtole diui Adriani de duobus vel pluribus reis debendis capitulo clericus pecunie non numerate non ſolute in euidentem vtilitatem non converſe doli mali quod metus cauſa ſit factum pacti conuenti in factum actioni non ſic celebrati contractus vltra dimidium iuſti precii & legis dictamen generalem renunciationem non valere niſi preceſſerit ſpecialis omni Reſcripto de Sede Apoſtolica vel ſacris Conciliis pro tempore celebratis impetrato vel impetrando nec non omnibus & ſingulis priuilegiis defenſionibus libertatibus & graciis nobis ſeu Eccleſie noſtre conceſſis ſeu in futuro concedendis & quibuslibet aliis dicte Sedis Apoſtolice Indulgenciis generalibus & ſpecialibus cujuscunque tenoris exiſtant nobis ſeu eccleſie noſtre totaliter non inſertis per que prenotatus contractus variari poſſit aliquatenus infringi vel impediri. Sed ipſum in omnibus ſuis clauſulis punctis & articulis ratam & gratam habere promittimus noſtro & Eccleſie noſtre nominibus ſub noſtre fidei puritate. Mandamus ergo dicto domino *Gregorio Winther* Collectori noſtre collecture *Swidnicenſis*, quatenus ipſum contractum & omnia ſingula preſcripta teneat inuiolabiliter & obſeruet, ſicut penas excommunicationis & noſtram indignacionem voluerit arcius euitari. Reſeruantes tamen nobis & noſtris ſucceſſoribus Epiſcopis atque Capitulo Wratislauienſi plenam & liberam poteſtatem reemendi dictum cenſum annuum decem marcarum pro centum marcis groſſorum ſingulorum predictorum quando voluerimus & voluerint remota abhinc & ceſſante contradictione qualibet per prefatum dominum *Petrum dutkonis* & dicti Altaris miniſtros & legitimos ſucceſſores eorundem Ipſumque dominum *Petrum* aut dicti Altaris miniſtrum aut ſucceſſores legitimos dicti Altaris miniſtros preſcripti decem marcarum cenſus pacifice percipiendi conſtituimus poſſeſſores. Harum quibus Sigilla noſtrum & Capituli noſtri Wratislauienſis appenſa ſunt teſtimonio litterarum. Actum & datum *Wratislauie in generali Capitulo quod annua reuolucione in feſto ſancti Vincentii martiris aput dictam Eccleſiam Wratislauienſem celebrari conſueuit.* Anno domini *milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo.* Preſentibus in dicto generali Capitulo ac ipſum facientibus venerabilibus viris dominis Magiſtro *Nicolao Tempilfeld de Brega* ſacre pagine profeſſore Cantore *Georgio Lichtenberg. Andrea Skoda. Georgio Ottewicz. Nicolao Wolff. Johanne Croe. Johanne Schnechwicz. Jeronimo Beckenſloer. ffranciſco Korcz. Johanne Paſchkewicz. Nicolao Lobin & henrico Czewchin* Prelatis & Canonicis Eccleſie Wratisl. dicte ad ſonum Campane tunc in loco conſueto more ſolito capitulariter congregatis.

Sigillum Capituli Wratisl. vid. ſub N. 4.

XXI.
Fundatio novi Altaris in Eccleſia Leſſnicenſi.

Ex Originali noſtri Cimelii 1448.

Carolus Dei gratia *Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ. Carinthiæ. Carniolæ. Epiſcopus Wratislavienſis, Comes Tirolis & Goritiæ.* Recognoſcimus & fatemur hiſce litteris coram omnibus & ſingulis, nos vidiſſe in manibus noſtris habuiſſe & legi audiuiſſe litteras membranae inſcriptas ſigillo de membrana pendente

predecessoris olim Nostri felicis recordationis *Petri Episcopi Wratislauiensis* roboratas, scriptura propter vetustatem paulo obscuriori, & sigillo integro & salvo. Quas auctoritate Nostra Episcopali & loci ordinaria in omnibus & singulis presentium vigore etiam benigne confirmamus, & perpetuis temporibus valituras corroboramus. Hisce quae sequuntur verbis.

In nomine domini Amen. Tunc Deo suum tribuimus & Officium Nostrum Pastorale debite exequimur. Cum donationes Christi fidelium pro diuini cultus augmento assignatas fauorose promouemus & authenticis nostris litteris confirmamus. Hinc est quod Nos *Petrus* Dei gratia *Episcopus Wratislaviensis* ad rei memoriam sempiternam vniuersis presentibus & futuris recognoscimus tenore presentium. Quod ad nostram veniens presentiam discretus Vir Dominus *Petrus Dutkonis* plebanus Ecclesiae Parochialis in *Lezniz*, executor vltime voluntatis olim domini *Mathiae* plebani *in Olbowicz* in Christo defuncti volensque vt debuit & tenebatur onus executionis sibi crediti debite exequi Nobis exposuit quomodo idem dominus *Mathias* olim plebanus in *Olbowicz* censum annuum decem marcarum grossorum Pragensium numeri polonici & pagamenti consueti, per ipsum dominum *Petrum Dutkonis* executorem dicti domini *Mathiae* defuncti, de ipsius domini *Mathiae* pecunia in certis & locis sub reemptionis titulo comparatis, prout haec omnia & singula in Contractuum litteris desuper confectis plenius continentur & sunt expressa pro dotatione Altaris de nouo in honore S. Crucis Domino Nostri Jesu Christi, Gloriosissimae Dei Genitricis Virginis Mariae & omnium Sanctorum in dicta Ecclesia Parochiali *Leznicensi* pro Praedicatore Verbi diuini ejusdem Ecclesiae pro tempore quo officio praedicationis intendorie erigendi, donationis vera, valida & inter viuos irreuocabili nomine veri & legittimi testamenti dedisset, deputasset, donasset & pie assignasset, prout id ipsum dictus dominus *Petrus Dutkonis* personaliter coram Nobis constitutus euidenter edocuit. Nobis humiliter supplicando, quatenus huiusmodi Altare sub praenominato titulo de nouo erigere & in beneficium Ecclesiasticum creare & pro Praedicatore Verbi diuini prenominatae Ecclesiae Parochialis *Leznicensis* pro tempore existentis quamdiu officio Praedicationis intendorie dictum Censum decem marcarum ascribere inuiscerare & incorporare dignaremur. Nos igitur hujusmodi precibus fauorabiliter inclinati praetextu illius, quo ferenti Verba vitae victus sufficiens adiicitur & copia geritur eulogiorum ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, ejusque intemeratae matris Virginis Mariae dictum Altare in titulum almificae Crucis Domini Nostri Jesu Christi gloriosae Mariae virginis & omnium Sanctorum in dicta Ecclesia Parochiali Leznicensi de nouo erigimus, & in beneficium Ecclesiasticum perpetue permansurum creamus & prefatum Censum annuum decem marcarum Praedicatori Verbi diuini in iam dicta Ecclesia in *Lezniz* pro tempore duntaxat, quo huiusmodi officio praedicationis ibidem institerit, eo vero recedente seu officio praedicationis recusante, vel alias per Plebanum ibidem in Lezniz ex causa rationabili licentiato succedenti Praedicatori ascribimus, appropriamus, & incorporamus perpetue per presentes. Decernentes eundem Censum in antea Ecclesiasticum fore omnique gaudere debere Ecclesiastica libertate. Et quoniam idem Census annuus decem marcarum sub reemptionis titulo noscitur com-

paratus. Volumus & auctoritate nostra ordinaria decernimus, quo quandocunque in toto vel in parte reemptus fuerit pecunia pro eo soluta ad sacras aedes Ecclesiae Parochialis *Leznicensis* deponatur depositaque fideliter custodiatur, donec de scitu ministri & patronorum pro tempore existentium alter census eque certus in locum reempti census succedere volumus ac simili gaudere debere Ecclesiastica libertate. Debebit tamen ipse Praedicator pro tempore existens singulis hebdomadis annuatim duas Missas in dicto Altari pro remedio salutari & peccaminum Fundatorum & progenitorum suorum remissione legere, Unam de beata Virgine Maria, aliam vero pro salute prefati domini *Mathiae* olim Plebani *in Olbowicz* & Omnium fidelium defunctorum. *Jus Patronatus* & regimen dicti Altaris pro dicto domino *Petro Dutkonis* ad ipsius vitae tempora, ipso vero ab hac luce extincto pro successoribus suis Plebanis in *Lezniz Jus patronatus* duntaxat perpetue reseruamus. Qui cum omnibus suis successoribus Plebanis Praedicatorem Verbi Dei qui pro tempore fuerit in saepe dicta Ecclesia *Leznicensi* assumere poterit ad praedicandum ac ex legitimis & rationabilis causis licentiare eundem. Ipse vero Predicator qui pro tempore fuerit in dicta Ecclesia *Leznicensi* cum domino Plebano ejusdem Ecclesiae habitationem & mensam absque recusatione habebit ad quae se dictus dominus *Petrus* Plebanus modernus suo & successorum suorum Plebanorum nominibus coram Nobis duxerat obligatum. Et si ex causa vel alias huiusmodi Altare seu officium praedicationis ministro & praedicatore carere contingeret, ex tunc omnes redditus & prouentus tempore huiusmodi Vacationis tantummodo prouenientes ad fabricam praenominatae Ecclesiae *Leznicensis* juxta tenorem litterarum desuper confectarum per Vitricos illius exigendos & non ad Plebanum etiamsi praedicaret vel praedicare vellet, pertinebunt. In quo vt rite agant, Conscientias eorum oneramus. Praemissa igitur omnia & singula ratificantes ex certa Nostra scientia confirmamus. Interponentes ipsis auctoritatem Nostram Ordinariam pariter & decretum. Praesentes exinde fieri mandauimus Nostri majoris Sigilli appensione communitas. Actum & datum *Wratislauiae die* 18. *Mensis Junii* Anno domini *Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Octauo.* Praesentibus ibidem Venerabilibus & validis Viris Dominis *Andrea Skoda Jeronimo Beckensleer* Canonicis Ecclesiae Nostrae *Wratislauien. Vlrico Monstrycz Balthasare de Pantab* Judice Curiae Nostrae Wratislauien. *Benedicto Ottudorff de Wartinbus* Notario. Nostris fidelibus, testibus ad omnia praemissa fide dignis.

In cujus rei fidem & euidens testimonium litteris hisce manu propria subscriptis Sigillum Nostrum appendi curauimus. Actum & Datum *Nissae Vigesima Octaua die mensis Aprillis A. Millesimo Sexcentesimo Decimo.*

Carolus.

Seb. hartm. a Kunigsheim
Cancell.

Theodorus Simon Vahel.

XXII.

Hertzog Johannes zu Tropau und Rattibor bestätiget der Stadt Rattibor verschiedene Rechte.

Transumptum

Ex Archivo Supr. Curiæ Oppol. 1483.

Wir *Hanus* von Gottes Gnaden Hertzog zu Troppau und Rattibor thun kund und zu wissen vor jedermänniglich besonders der diesen Brief sehen oder lesen hören wird, daß vor Uns der Wohlweise Burgermeister und Rath, Schöppen und Zechmeister der Stadt Rattibor unser liebe getreue erschienen, und demüthigst uns angezeigt hatten, wie daß ihre Vorfahrer den Städtischen Anfall von dem Durchl. Fürsten *Hanus* seel. Andenkens Fürsten zu Troppau und Rattibor Unsern Groß-Vater, und nachgehends eben vom Fürsten Wentzel Unsern lieben Vater kaufweise an sich gebracht und sothanen Kaufbrief Uns vorgezeiget haben, allen weiln in diesem Briefe einige Beirrungen geschehen seynd, sie Uns mit allem Fleiß angegangen, bittende, Wir geruheten denselben ein andern Brief auf sothanen erkauften Anfall geben und solchen confirmiren.

